

DISPUTATIONEM THEOLOGICAM,
DE
GENTILIVM
ΑΝΑΠΟΛΟΓΗΣΙΑΙ,
FVTVRAE IRAE
PRAENVNTIA,

PRAESIDE
DN. CHRISTOPHORO HENRICO
ZEIBICHIO,

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. AD OO. SANCT.
PRAEPOSITO CONSIST. ECCLES. ASSESSORE,
ET ORDINIS SVI H. T. DECANO,

*PRAECEPTORE SVO ET PATRONO,
STVDIORVMQVE SVORVM PROMOTORE,
FILIALI OBSEQVIO*

COLENDO,

D. VIII. MAII, clō Iō CCXXXIX.

H. L. Q. C.

PVBLICE TVEBITVR

AUCTOR RESPONSVRVS,

M. CHRISTOPHORVS GOTTHELF SCHMIEDERVS,
DRESDENSIS.

VITEMBERGAE,
LITTERIS SCHEFFLERIANIS.

~~2.~~

5

a. cxxxviii. 31.

Coll. diss. A
138, 31

DISTAVATIONEM THEOLOGICAM
DE

GENTILIVM
ANAPLOTHZIAL
FVTVRAE IRAE
PRAESENTIA

DR. CHRISTOPHORO HENRICO
ZELBICHIO

2. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. AD OO. SANCT.
PRAEPOSITO CONSIST. ECCLIAE ASSessore
ET ORDINIS SVI R. DECANO

PRAECEPTORE SVO ET PATRONO
STVDIORVM PROMOTORE
COLLENDO

S. Land. Bibl.

D. VII. MAIL. 1713 COXIA
H. M. S. E.
PVLICE THEATRO

M. CHRISTOPHORVS GOTTHELF SCHMIEDTYS
DICTAVS

NITZBERGAE
LITTEAE SCHREIBERIANVS



REGIO-ELECTORALIS
PROTO-SYNEDRII

DR ESDENSIS

D O M I N O

P R A E S I D I

PER-ILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO,

DOMINO SVO GRATIOSO,

NEC MINVS,

D O M I N I S

C O N S I L I A R I I S

ET

A S S E S S O R I B V S

SPLENDIDISSIMIS,

V I R I S

SVMME REVERENDIS, MAGNIFICIS,

CONSULTISSIMIS,

EVERGETIS SVIS, PATRONIS

ET PROMOTORIBVS MAXIMIS,

PRIMITIAS HAS ACADEMICAS
SACRAS,
SE VERO ET PORRO
HORVM
GRATIAE ET BENEVOLENTIAE
INSINVARE VOLVIT
SVBIECTISSIMVS CLIENS,

M. CHRISTOPHORVS GOTTHELF SCHMIEDERVS,
DRESDENSIS.



A. Ω.

GENTILIVM
ΑΝΑΠΟΛΟΓΗΣΙΑ.



Quanta Summi et Praepotentis Numinis, iam ab orbe condi- *Accessus ad*
to, in omnes, absque discrimine homines, ad eorum aeter- *thema.*
nam tendens salutem, beneuola fuit uoluntas: Tanta eo-
rum, si plurimos spectes, e contrario, successu temporis, ac-
creuit perueritas et malitia, ut, praepraefate et destinato
consilio, omnia ipsis benignissime, ad hunc finem perueniendi, oblata me-
dia, usque ad hodiernam lucem, respuere haud erubescant, hacque ratio-
ne, iuxta effatum *Pauli*, Rom. II. 5. *sibimetipsis thesaurizent iram Dei,*
in die irae et reuelationis iusti iudicii Dei; id quod in gentilibus perspicere
facile est. Deum illi cognoscunt, eiusque ἀόρατα τοῖς ποιήμασι νοούμενα,
inuisibilia, per res factas, intellecta; Sed enim, εἰς τὸ εἶναι ἀντὶς ΑΝΑ-
ΠΟΛΟΓΗΤΟΥΣ, *in hoc, ut sint ipsi INEXCVSABILES,* Rom. I, 20.
Quam, Diuo *Paulo* memoratam Gentilium ἀναπολογησίαν, *futurae irae*
praenuntiam, dum paulo specialius rimari constituimus; bono ordine
sic procedemus, ut de *Quaestionis statu* primum: de *rei momentis,* post-
ea: ac denique, de potioribus quibusdam, quae obstare uidentur, *difficul-*
tatibus, solliciti futuri simus. Coeptis uero propitius annuat Deus!

C A P V T I.

DE HIS,

QVAE AD STATVM QVAESTIONIS
PERTINENT.

Gentiles itaque, ut tales, si fuerint adhuc *infantes,* secundum *iudicium Status con-*
ueritatis, nulla, in *Scriptura nobis reuelata;* *adulti uero, nulla prou-*
trouerfiac,

A

sus

*Non loqui-
mur* sus salutis spe, sibi blandiri queunt. Quo autem huius assertionis eviden-
tia eo magis elucescat, omnes simplices assertiones et uoces, monente *Sta-
girita*, enucleemus, necesse est. Qua de causa, cum nobis iam res sit cum
Gentilibus, hocque uocabulum, *Gentilis*, late pateat, sensus, seu significatio,
quae huius est loci, eruenda est. Licet quidem, per multum temporis spati-
um, inter eruditos, de *Gentilium* ortu disceptatum, atque eorum existentia
ante diluuium, partim affirmata, partim negata fuerit; ab affirmantium ta-
men potius, quam negantium, cum CASPARE NEVMANNO, in *Trut.
Relig. p. 39.* ob rationes, *p. 43.* adductas, partibus stamus. *Gentiles*, in *Ampli-
atione*, siue, tempore V. siue N. T. ex gentilismo, ad ueri Dei Sacra fuerint
conuersi, si uel nobiscum, *sub uesperam*, redierint ad aream, et tardipedes
Iapeti gentes, *tentoria occupantes Semi*, Gen. VIII, u. IX. 27. has, inquam,
hic non attendimus. Nec eas, qui extrinsecus doctrinae ueritatem profi-
tentur quidem, ἐθνικῶς uero uiuunt, Gal. II, 14. τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν ita
κατεργαζόμενοι, ut in *lasciuis*, *concupiscentiis*, *uiolationibus*, *comessatio-
nibus*, etc. eant, 1. Petr. IV. 3. Ps. XIV, 1. Minorum horum numerum to-
to corde anhelaremus; Sic uero familiam quasi ducere, suaque uel multi-
tudine, robur aliquod simulare uolunt. Patrias quasi eorum recensere
terras, B. PFEIFFERVS alicubi nititur, quando, tum Italos, tum Gallos,
Anglos itidem et Germanos, praeuuntibus *Voëtio*, *Hornio*, *Spizelio*, spe-
ciatim attendit, *Euangel. Christen-Schule*, Cap. II. p. 30. Sed enim,
quod dixi, ad supra memoratos, hic non respicimus; Quin potius *genti-
les*, in *Statu*, uolumus, a Dei facie, cum *Caino*, profugos, Gen. IV, 16.

Iudicium II. Iudicium, quod nobis et hic ferendum est, dicitur sententia dis-
cretiua, bonum a malo, uerumque a falso separans, quod, pro ratione no-
stri affectus, in *Charitatis*; pro regula uero uerbi, in iudicium *Veritatis*
dispescitur. Prius, quo Seruatoris nostri, Luc. VI, 37. spectat monitum,
nunc mittimus, posterius hic curamus. Cum enim summa nostrae, in me-
dium prolatae theseos, ex fide iudicari uelit; fidei autem nostrae unicum
detur obiectum: cum porro, κατ' ἀναλογίαν πίστεως, in uerbo diuino scri-
pto, λόγῳ illo ἀληθείας τῆς εὐαγγελίας, Col. I, 5. fusius exposita, hic omnia
sint diiudicanda; ὁφθαλμοφανερῶς apparet cuique, dum, ratione ho-
rum omnium, horrendum apud gentiles dominatur inane, iudicium *Veri-
tatis* ferre nil secum posse, quod illis pro solatio solido, respectu salutis,
esse queat.

*Charitas
militare pro* III. Tantum igitur abest, ut, cum PETRO CHAVVINIO, pro sa-
lute *gentilium*, *charitatem* militare possit, existimemus, ut potius senten-
tia

uae

tiae GRAPPI, in *Theologia recens contronversa*, P. I. p. 22. subscribamus, at- *Gentilium*
 que omni hic deficiente fide, explosaque merito illa, quam naturalem uo- *salute ne-*
 care uolunt, ipsis omnem denegemus salutem, quae scilicet non in carna- *quit.*
 lium uoluptatum perceptione, qualem crassior *Iudaeorum ac Chiliastra-*
rum cohors somniat; sed in spiritali, coelesti, aeterna ac ineffabili, per
 Messiam omnibus mortalibus parata, per Spiritum S. in uerbo ueritatis
 omnibus quoque intimata, omnium bonorum desideratorum affluentia,
 eaque nullis seculis terminanda felicitate, consistit.

IV. Ratio autem miserrimi huius *Gentilium* status est carentia *sa-*
lutis mediolorum, hinc mihi legitime concludere licet: Quicumque me- *Salutis illi*
 diis, rem aliquam acquirendi, est destitutus, ille quoque rei possessione *destituuntur*
 carebit; Atqui Gentiles mediis salutis (cum *δοξικαῖς*, Verbo et Sacramen- *mediis;*
 tis, tum uero et *ληπτικῶν*, Fide, cum suo Obieeto, unde omnis salus est, Act.
 IV 12.) sunt destituti; E. possessione salutis Gentiles carebunt. Maior *quomodo er*
 sole meridiano clarior est. Quod si enim Princeps oppidum quoddam op- *go conseque-*
 pugnare, apud animum constituisset, atque ad hoc propositum perficien- *rentur salu-*
 dum, se non antea de situ, fortaliti conditione, obsessorum anona, nume- *tem?*
 ro praesidiariorum, erudiri patiatur; sed potius inconsiderate, nullaque
 resistentiae ratione habita, cum exercitu suo, gladiis atque tormentis bel-
 licis destituto, ad illum locum se conferat, ludibrio magis se exponet,
 quam, quod finem intentum obtineat. Minor se manifestat, si compen-
 dii faciendi causa, uel unicum Pauli locum attendas, ubi Gentiles audiunt
 homines, *χωρὶς χριστοῦ, ἀπὸ πολλοῦ ἠρωμένοι τῆς πολιτείας τῆς Ἰσραὴλ, ξένοι τῶν*
διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, Eph. II, 12.
 Conclusio et hinc facilis, et Marc. XVI, 16. insuper fundata est.

V. Huic autem ueritati certissimae, in fauorem *Gentilium*, refra- *Et tamen*
 gantur multi, et minori adeo nostrae propositioni contradicunt; Infau- *dissentius*
 stus nempe ille FAVSTVS, a VOSSIO, in *Hist. Pelag. p. 401. 405. seq.* *Socinus,*
 ANDRADIVS, a CHEMNITIO, in *Exam. C. T. P. I. Sess. VI. p. 252.* *Andradius,*
 FRANCISCVS PUCCIVS, a CALVOERIO, in *Fissur. Sionis, p. 512. Pe-* *Fr Puccius,*
lagiani atque Semi-Pelagiani, Massilienses, a VOSSIO, l. c. p. 533. et B. ED-
 ZARDO, in *Hist. Pelag. p. 55.* adducti, utpote qui una omnes *Gentilium*
 hic causam, uti dixi, tueri et fidem esse a natura profectam, asserere uo-
 lunt. Inprimis autem VORSTIVS, SOCINVS, et OSTORODVS, quo *Vorstius*
 magis ueritatis speciem prae se ferant, dictum Rom. I. 20. ad suas trahunt *ces.*
 partes, atque *ποιήματα, miracula*, a Christo et Apostolis eius, in fidei con-
 firmationem facta, interpretantur, eaque, ob connexionem, a mundo con-
 dito,

dito, una cum fide extitisse, contendunt. Quam debili autem fundamento haec obiectio sit innixa, exinde patet, quia miracula Christi, secundum utramque naturam, diuinam aequae, ac humanam, facta sunt; haec autem non a mundo condito, extitit. Deinceps particula ἀπὸ, loco ἐκ, medium, non autem tempus cognoscendi, denotat, uti pluribus edocuit CALOVIVS, in *Bibl. illustr. T. II. p. 31.* HAMMONDVS, in *Annotat. ad N. T.* et quidem ad *Ep. ad Rom. p. 10.* GERHARDVS, in *Annotat. ad Ep. ad Rom. p. 47. seq.* et in *Exegeſi, p. 683.* Contra Conclusionem insurrexit STEPHANVS CVRCELLAEVS, Gallus, qui in *OO. Theol. Lib VI. C. X. p. 389. §. 16.* affirmat: Gentiles quoque, sine fide saluifica in Christum, posse saluos fieri, uti Patriarchae, *Abraham, Isaac et Iacob*, ante Christi aduentum, salutem adepti sint; hancque suam sententiam dictis, *Matth. VIII, 11.* et *Ebr. XI. 16.* corroborare studet. Sed ipsemet proprio suo se iugulauit gladio, siquidem in priori, *Matth. VIII. 11* non de *irregeneritis saluatis*, sed primū *conuertendis* et uenientibus ad Christum, atque tunc demum saluandis; in posteriori autem, de fide fiduciali Patriarcharum in Messiam uenturum, et in *ἐπαγγελίαις* maxime celebratum, secundum *Ebr. XI. 8. seq. 17. 20. 21.* si modo, ex hoc dicto aliquid pro se *Curcellaeus* sperare potest, quod non uideo, sermo est. De qua ueritate conuictus CHEMNITIVS, in *LL. theol. P. II. p. 227.* aperte profitetur: *Est unum et idem Euangelium, quo omnes sancti ab initio mundi, omnibus temporibus, Adam, Noa, Abraham, Iacob, Prophetae et Apostoli saluati sunt.*

St. Curcellaeus,

male probans.

Notitiam naturalem pro medio habent

Variā.

VI. Post remotionem fidei autem, aliud substituunt medium saluandi, notitiam naturalem nimirum, utpote *Sociniani, Arminiani, Photiniani, Pelagiani, Scholastici, Weigeliani, Nouelli Prophetae, Paracelsistae, Chymici* nonnulli, ac *C. Reformati, Papistae*, alique, quorum mentio fit, tum apud *QVENSTEDIVM*, in *Syst. P. I. C. VI. Qu. 2. p. 261.* tum apud *SCHERZERVUM*, in *Breuiario Hulſeman. L II p. 91.* et in *HVLSEMANNI auxiliis gratiae, p. 101.* Quibus etiam Patres, *Irenaeus, Tatianus, Iustinus, Athenagoras, Theophilus, Clemens Alexandrinus* alique, quos *CVRCELLAEVS*, in *OO. theol. p. 931.* et *BVDDEVS*, in *Disp. de fide naturali, Ienae habita, recenset, annumerantur.* Sed hos Patres excusari, posse, quod forsan, bonam partem, locuti sint de Philosophis et aliis Gentilibus doctis, quibus nec fama, nec Ecclesia, neque bona pars dogmatum fuit incognita, adeoque non omni praedicatione caruere, ait *HVLSEMANNVS*, de *Auxil. Grat. fol. 90. et 129.* quod iudicium quoque *CLEMENS ALEXANDRINVS*, effato suo, *Strom. I. I. p. 211.* approbavit: *ἄδὲν αἰτ, ὄφελος αἰτ/οῖς*

αἰτ/οῖς

αὐτοῖς μετὰ τὴν τελευτὴν τῆ βίης, καὶν ἐυεργῶς ὡσι νῦν, εἰ μὴ πίστιν ἔχοιεν. Διὰ τῆτο γὰρ ἑλλήνων Φωνῆ ἑρμηνεύθησαν αἱ γραφαὶ, ὡς μὴ πρόφασιν ἀγνοίας προβάλλεσθαι δυναθῆναί ποτε αὐτῶς, ἕς τε ὄντως ἐπακῆσαι, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν, ἢ μόνον ἐβελήσωσιν. *Nihil ergo eis post finem uitae proderit, etiam si nunc recte operentur, nisi fidem habeant. Propterea enim graeca uoce expositae sunt Scripturae, ut nullum unquam ignorantiae possint praetextum afferre, cum possint, quae sunt apud nos audire, si tantum uoluerint; Et, L. II. p. 27. πίστιν πρῶτῃν πρὸς σωτηρίαν νεῦσω, fidem primam ad salutem inclinationem uocat.* Inprimis autem B. Lutheri no- *Lutheri* stri non fucata, atque nullis Naturalistarum sordibus inquinata mens, uti *mens,* ipsi, ob sententiam, aliquando de spe salutis *Ciceronis* atque *Senecae* latam et a *QVNSTEDIO*, in *Syst. P. I. C. VI. Qu. 2. §. 6.* et *HVTTERO*, in *Irenico*, p. 83. iam expositam, fuit afficta, per *BELLOSOBRII* conuitium, hoc magis, ceu innocentissimo, elucescit. *N'est il pas, ille inquit, pitoyable, qui un homme, comme Luther, aît eu la foiblesse d'ecrire, que Zwingle etoit devenu tout Payen, pour auoir cru, qu'il etoit possible, que Dieu eut sauué quelques sages de Gentils? uid. Defense de la Doctrine des Reformés, p. 451.* Summa, Lutherus in uerbis: *Er hoffe, unser Herr GOTT werde Ciceroni und seines gleichen genaedig seyn,* quae, cum aliis, *Anonymus Auctor des Summarischen Berichts,* ab *Hülsemanno* contractus et *Seltzero* confutatus, maximopere urget, 1) in *Sermonibus Conuualibus*, de quorum auctoritate constat, hac protulisse, fertur, 2) gratiam, non *gloriae*, sed *tolerabilioris iudicii* (*Matth. XI. 22.*) intendit, 3) alibi ad *Gentiles*, *conuersos per fidem*, ex gratia quasi *uaga*, dum *ius mendicandi* habuissent antea, tales refert, in *Genes. C. IV. it. in C. IX.* quae, praeter *Quenstedium* et *Hutterum*, II. supra allegatis, quasi ex instituto tractat *B. SCHERTZERVS*, in *Colleg. Anti-Caluin. p. 58.* Sint, per nos, adhuc plures, qui ad horum dictorum aduersariorum cohortem accedant; ne utiquam tamen multitudo errantium, monente *HVLSEMANNO*, in *Auxil. Grat. fol. 133.* errori patrociniū pariet, ad destruendam ueritatem, quae extat *1. Cor. II. 14.* Τὰ τῆ πνεύματος τῆ Θεοῦ scilicet, non capit ἀνθρώπος *Gentilium ψυχικὸς*, ut pote quae, ante omnia, cognitionem Iesu Christi, *Ioh. XVII. 3.* intendunt, quae de re deinceps pluribus.

exposita.

Gentilium infantium conditio, aliis

VII. Hoc uero nobis, ad recte adhuc formandam quaestionem, superest, ut, quae hic sit infantium *Gentilium* conditio, paucissimis adhuc edisseramus. De his, quadruplicia feruntur iudicia. Alii illis incertam, alii mediam, alii beatorum, alii damnatorum adscribunt conditionem.

incerta,

Illi, qui *incertam* Gentilium infantibus adiudicant conditionem, ratione suae cognitionis, seu, qui iudicium suum de illorum statu post mortem suspendunt, potissimum sunt: GERHARDVS, *Loc. de Bapt.* §. 237. T. IV. p. 1127. et in *Confess. Cath. L. II. P. II. Art. 12. C. I. p. 1109.* SEBASTIANVS SCHMIDIUS, in *Comp. Theol. C. XXI. p. 176.* BROCHMANDVS, in *Syst. Loc. de Pecc. C. VI. Quaest. 16. p. 188.* HVNNIVS, T. I. 00. de *Bapt. p. 1035.* et in *Gen. C. VIII. et XIX. 00. T. III. p. 1505. et 1584.* BALDVINVS, in *Comment. in 1. Cor. V. 12. p. 349.* CALOVIVS, in *Comment. ad 1. Cor. V. 12. p. 298.* AFFELMANNVS, *Synt. P. I. p. 865.* MEISNERVS, in *Anthropol. Dec. I. Disp. 7. p. 215. Dec. II. p. 113.* DANHAVERVS, in *Hodos. Phaen. X. p. 729. et Mysterior. Sect. III. Art. II. §. 56. p. 363.* aliique, qui, fundamenti loco, dictum 1. Cor. V. 12. ponunt.

aliis media,

VIII. *Mediam* Gentilium infantibus conditionem, poenam, non *exilii*, sed *exilii*, nimirum exclusionem quidem e coelo, non vero inclusionem in gehennam, *Gregorius Nazianzenus, Ambrosius, Hipponensium Praesul* atque *Auctor Quaestionum*, quae *Athanasio* alias attribuuntur, adscribunt, suarumque sententiarum fundamentum, solam Dei misericordiam faciunt. *Beatos* Gentilium infantes, ob uniuersale Christi meritum, uocant *Philipp. a Limborch, Franciscus Iunius et Petersenius.*

aliis beata,

aliis denique misera.

IX. Horum autem nullam, secundum Scripturae S. dictamen, nobis eligere licet, sed illis potius, qui supersunt, atque de Gentilium infantibus bene sperare, secundum Scripturam, nequeunt, ob iudicium Veritatis (extraordinaria, nec pro impossibilibus habemus, nec miseris inuidemus) applaudimus. Silentium Scripturae urgeri nequit; idem de horum salute filer; de damnatione certe silere noluit, Ioh. III. 18. Dictum uero, 1. Cor. V. 12. non de quolibet iudicio, sed tantum de iudicio ex ommunicationis, accipiendum est, id quod CALOVIVS, in *Bibl. Illustr. N. T. P. II. p. 298.* obseruauit, una cum *Theophylacto*, mentem Apostoli ita interpretante, qui foris sint, extra suas istas leges esse; Superuacaneum igitur fore, legem lancire iis, qui extra Christi regiam et aulam agant, uid. BALDVINI *Comment. in b. l. p. 348.* Neque uniuersale Christi meritum obstat, quod uniuersale semper manet, ratione *aequisitionis*, licet non *applicationis*: neque misericordia Dei, quae, ob indissolubilitatem essentiae diuinae, a iustitia non potest separari. Pro nostra potius pugnat sententia iudicium decisium Scripturae: *Natura nos esse filios irae*, Eph. II. 3.

CAPVT

MOMENTIS, ET, QUIBVS NITIVR, RATIONIBVS,
ΑΝΑΠΟΛΟΓΗΣΙΑ.

Hoc iudicio veritatis lato, ne in Deum iniurii fiamus, atque, cum *Deus E. da-*
 evitare uolumus Charybdim *Naturalistarum*, si quaeratur de causa *annationis*
 huius damnationis, incidamus in Scyllam *Caluino-Reformatorum*, bene *causa non*
 prospiciendum est. Quo enim horum praedestinationis aedificium eo *est.*
 magis stabiliatur, iustissimum ac benignissimum Numen causam (quod
 horremus merito) tum peccati, tum etiam damnationis, constituunt, uid.
 EDZARDI *Pelagianismus Calvinian. p. 64.* eiusdemque *Differ-*
tatio, de fugienda unione, C. II. Inprimis autem *Piscator* et *Tossanus*,
 omnium nomine, horribilem hanc doctrinam, exemplo Gentilium da-
 mnandorum, et quidem ex *ἀναπολογησία* eorum, Rom. I. 20. indicata,
 confirmare conantur; utque fidem huic suae opinioni faciant, per *ἵνα*
 particulam, finem notitiae naturalis a Deo intentum, innui, falsissime pro-
 dunt. Licet enim SCHMIDIVS, in *Comment. ad h. l. p. 90.* nos cum ad-
 uersariis, sine laesione fidei, in uerbis conuenire posse, dicat; ita enim se
 eius uerba habent: *Quinimo, stutique dicamus, hunc esse finem, a Deo in-* *quam non*
tentum; possemus tamen dicere, esse finem, praesupposita praescientia *habuit pro*
diuina; ut frustra ad absolutum beneplacitum confugiatur: ob corru- *sine, nec il-*
 ptam tamen, ex hac sententia potius deducendam consequentiam, hanc *lud*
 reiicimus expressionem, atque ab illorum Patrum stamus partibus, qui
 nullum finem intentum, sed, euentualem, *ἀναπολογησίαν* dicunt, utpote
Chrysostromi et speciatim *Theophylacti*, *eis ἵνα*, non *τελικῶς*, sed *ἐκβα-* *ἵνα*
τικῶς, non *intentionaliter*, sed *euentualiter* accipiendum, atque per *ITA*, *euincit;*
also dass, uti *Lutherus*, minime per *VT*, *auf dass*, uti *Piscator* et *Tossanus*, in-
 terpretandum esse, affirmantis. *Welleri* eadem alicubi mens est; parti-
 culam *eis*, h. l. *euentualiter* sumi, non, quod intenderit Deus, sed quod ira
 euenerit; non, quod Deus in hoc ipsam indulerit eis sui cognitionem, ut
 semel a Deo, ex nudo beneplacito, reprobati, postea nihil haberent, quod
 praetexerent suae incredulitati, uti *Piscator* et *Tossanus* interpretarentur;
 sed, quod, per Dei cognitionem, eo deducti sint et hoc consecuti, ut igno-
 rantiam non queant praetexere, aut ullam afferre defensionem in Dei iu-
 dicium, quin, iure sint damnabiles; Ita sumi *eis* 1. Cor. XI. 34. Ioh. IX. 39.
 Luc. II. 34. conf. *Balduinus*, *Hunnius*, *Brentius*, *Estius*, *Iustinian.* in
Commentt. in h. l. Ad horum, imo ipsius Spiritus S. mentem, composita
 quoque

quoque est interpretatio Syri, qui ita, ex plurium expositione, reddidit: *Vt sint absque exitu in latitudinem*, h. e. ut constricti, conuictique teneantur propriae damnationis, nimirum, ratione tum culprae, tum poenae, alias enim iis competeret ἀπολογία, et Deo ἀναπολογία.

Rationes hic
potius in
contrarium
militant,

II. Ast uero, contrarium euincunt rationes, quae petuntur: 1) a *Subiecto*, de quo sermo est in dicto, Rom. I. 20. 2) ab *uniuersali Dei gratia*, Deus enim *omnes homines uult saluos*, 1. Tim. II. 4. Atqui Gentiles sunt homines, E. eos quoque uult saluos, Rom. III. 29. 3) ab *uniuersali Christi merito*; Christus enim *pro omnibus peccatoribus satisfecit*, 1. Ioh. II. 2. Gentiles sunt peccatores, Eph. IV. 18. E. quoque pro iis Christus satisfecit, 4) a *uaticiniis*, in specie ad salutem Gentilium directis. Quicquid autem Deus promittit, illud adimplet, Ps. XXXIII. 4. Quare quoque Prophetiae per Praeteritum saepius exprimentur; Deus itaque salutem Gentilium promittit, Gen. IX. 27. cuius expositionem uide in LIGHTFOOTI *annotationibus ad quaedam Geneseos difficiliora loca*, a M. HOSMANNO *collectis*, P. II. p. 20. cum Gen. XXI. 18. Deut. XXXII. 43. Pl. II. 8. Pl. XII. 44. XXII. 28. 29. LX. 18. CXVII. 1. CIIX. 9. Es. II. 2. seq. IX. 1. seq. XI. 10. XIX. 23. seq. XLIX. 6. seq. LV. 5. LX. 4. LXII. 10. 11. 12. LXVI. 1. 12. Mich. IV. 1. seq. Soph. III. 9. seq. Hagg. II. 8. Zach. IX. 10. XIV. 9. seq. Mal. I. 11. Gentilibus proinde, ex parte Dei, salus non est denegata, quae conclusio ulterius elucescit 5) ex horum *uaticinorum facta impletione*, ut, in V. T. in *Iobo*, *Idumaeo*, *Iehthron*, *Midianita*, *Vria*, *Hethita*, *Rachab*, *Cananaea*, *Ruth*, *Moabitiide*, *Regina Sabaea*, *Naamane*, *Syro*, *Niniuitis*, *Affyriis*, *Nabuchodonosore*, *Dario*, *Cyro*, *Abasnero*, uid. GRAPPI *Theol. recens controu.* P. IV. p. 4. et PFEIFFERI *Euangel. Christen-Schule*, p. 543. Sic quoque in N. T. in primitiis *Sapientum ex Oriente*; *muliere Cananaea*, Matth. XV. 22. *Samaritanis*, Ioh. IV. 39. *Centurione*, Matth. VIII. 10. *Thesaurario Reginae Candaces*, Act. VIII. 37. *Cornelio*, Act. X. 47. 48. et pluribus, imo, in nobismet ipsis.

nihil obstan-
te obiectione
quam for-
mant.

III. Si qui uero obicerent: in N. T. post Christi aduentum, Deum nulli Gentilium salutem amplius conferre uelle, sepem, quae Iudaeos inter et Graecos interfuerit, secundum Ephes. II. 14. iam disruptam, adeoque omnes, quos Deus saluos uoluerit, salutem iam tum esse adeptos et multitudinem gentium, Rom. XI. 25. in communionem bonorum spiritualium ac coelestium iam intrasse, siquidem maxima orbis terrarum pars Christianae doctrinae se addixerit; sic illos, qui in Gentilium statu sint, omni

omni salutis spe esse exclusos. Resp. Id repugnat uniuersali Dei gratiae atque Christi merito, quod ad omnes, usque ad interitum mundi existentes homines, se extendit. Per Christi itaque aduentum, Gentilibus accessus ad salutem hoc magis, per legis destructionem, per hominum cum Deo reconciliationem, per pacis annunciationem, et historicam adeo horum omnium in Christo manifestationem, est apertus. Tandem particula ἀρχὴς ἔ, quae inuenitur Rom. XI. 25. non solum *tempus interiectum* ad terminum nominatum, ita inuoluit, ut spatium, aut tempus alterius excludat; sed tempus interiectum, ut interim *subsequens non semper neget* aut excludat, prouti legitur Rom. V. 13. I. Cor. XV. 25. Atque sic Gentilium ἀναπολογησία, quandoquidem Deus omnia ipsis parauerat et obtulerat, ex proprio ipsorum uitio oritur, culpaque ne minima quidem conici in Deum potest, uti Ps. XIII. 9. Matth. XXIII. 37. Ez. XIX. 31. seq.

IV. Ad stipulandum itaque omnino est sententiae CALOVII, in *Quin. potius* *Bibl. Illustr. N. T. P. II. p. 33.* geminam constituentis causam ἀναπολο- *Gentiles* *γισίας* Gentilium; alteram priuatiam, omissionem gloriae et gratia- *ipsi causae* *sunt suae* *ἀναπολο-* *γισίας,* rum actionis, Deo, tanquam creatori debitae, quantam ex natura col- *positivam,* ligere possent, et qualem naturalis aequitas dicitur; alteram *commisam* scilicet ignominiam in Deum. Si enim media promouen- *scilicet* dae Dei gloriae a Gentilibus reiiciuntur, non nisi finis contrarius exin- *in Deum.* de euenire potest. Tale autem se exhibet medium, ipsis a benignissi- *Si enim* mo Numine adhuc concessa ratio, et lumen naturale, quae omnibus ue- *media* *promouen-* *dae Dei gloriae* *a Gentilibus* *reiiciuntur,* *non nisi finis* *contrarius* *exinde* *euenire* *potest.* *Tale autem* *se exhibet* *medium,* *ipsis a* *benignissi-* *mo Numine* *adhuc concessa* *ratio,* *et lumen* *naturale,* *quae omnibus* *ue-* *re adhuc* *insunt,* *ita, ut nullo* *non tempore,* *rationali* *mentis* *discursu,* *per* *gradus,* *secundum* *HVLSEMANNVM,* *in auxiliis* *Gratiae,* *p. 155.* *a* *τῷ* *ἦτείν,* *ad* *ψηλαφᾶν,* *a* *ψηλαφᾶν* *ad* *εὐρίσκειν* *deuenire* *queant.* *Quo* *tribus* *multum* *tres* *illae* *uiaae,* *causalitatis,* *negationis* *et* *eminentiae* *conferre* *communi-* *possunt.* *In* *uia* *scilicet* *causalitatis,* *de* *omnium* *ipsis* *occurrentium* *bus* *negle-* *effectuum* *existente* *causa,* *certi* *fiunt;* *in* *uia* *negationis,* *de* *remotione* *ctis* *uiis,* *omnis* *imperfectionis* *ab* *illa* *causa,* *tum* *ob* *effectuum* *productionem,* *tum* *annihilationem,* *conuincuntur;* *tandemque* *in* *uia* *eminentiae,* *ad* *excellentiam* *eius* *causae,* *prae* *omnibus* *aliis,* *ducuntur,* *atque* *sic* *summe* *bonam* *ac* *perfectissimam* *omnium* *effectuum* *causam,* *ui* *rationalis* *di-* *scursus,* *omnibus* *Gentilibus* *inuenire* *licet;* *id* *quod* *IVSTINVS* *MAR-* *TYR* *ita* *quoque,* *p. 71.* *affirmat:* *Καὶ* *τὴν* *ἀρχὴν,* *νοερὸν* *καὶ* *δυνάμενον* *ἀιρεῖσθαι* *τὰ* *ληθῆ,* *καὶ* *εὐ* *πράττειν,* *τὸ* *γένος* *τὸ* *ἀνθρώπινον* *πεποίηκεν,* *ὡς* *ἀναπολογητὸν* *εἶναι* *τοῖς* *πᾶσιν* *ἀνθρώποις* *παρὰ* *τῷ* *θεῷ,* *λογικοὶ* *γὰρ* *καὶ*

καὶ θεωρητικοὶ γέγεννηται. Et ab initio ille genus humanum ita creavit, ut intelligentia praeditum esset, et arbitrii liberi potestate, delectum, tum uera consecrandi, tum bene agendi, obtineret. Quocirca EXCUSATIONE NULLA DEFENDI POSSUNT mortales omnes apud Deum. Rationales enim et ad contemplationem apposti, per eum creati sunt. Sic itaque, omnem exuentes rationis usum, se brutis assimilant, atque se ipsos causam suae damnationis efficiunt. Sunt quippe, qui coecitatem suam in ἀναιδησία agnoscere nolunt, et, si quoque agnoscant, eam tamen confiteri abnuunt, Ioh. IX. 30. 41. ἀποκαταίρειται ideo Spiritui S. merito dicti, Tit. III. 10. 11. Fiunt, quoad hoc, brutis quandoque stupidissimis stupidiores, Es. I. 3. conf. Ier. IIX. 7. Ps. XXXII 9. Quanto hominibus, VITRINGA hic inquit, turpius, quanto indignius ipsi Dei populo, non a bestiis tantum, sed et bestiarum omnium stupidissimis uinci sensu atque intelligentia! in Esaiam, P. I p. 38. Quare ὡς ἀλογα ζῶα φυσικὰ, γεγεννημένα εἰς ἄλωσιν καὶ φθορὰν, ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, 2. Petr. II. 12. siue φθορὰν, interpretante CALOVIO, in Bibl. illustr. N. T. P. II. p. 1555. intelligas de culpa pernitiosa, siue de poena uel exitio ipso iusto contracto. Sunt hi stupidissimis, uti dictum, iumentis deteriores, quae nec possessorem, nec praesepe Domini sui nouisse uolunt, Es. I. 3. Sunt κακὰ θύπια, eruditis Gentilibus uel ipsis notata, Tit. I. 12. Sunt bestiae, quae domari non possunt, ἀκατάχριστον κακόν, Iac. III. 7. 8. Nil uero efficiunt, qui integras plane gentes atheas, Romanorum, ante Numam, Brasilienorum, Coulanensium, Casrorum, Magellanicorum cec. confingere, in excusationem gentilium plurium, uolunt, uti uterque FABRICIVS, Io. Ludou. in Apolog. pro genere humano et Io. Albertus, in Bibliograph. antiqu. C. IIX. deduxerunt; quemadmodum et PETRO BAELIO, consensum gentium hic urgenti, DN. Loescherus, Bernardus, Hochstetterus, Tournemine, cum aliis, satisfecerunt abunde, conf. Magnif. DN. LOESCHERI Oratio Solemnis, de Opere-Leg. in corda inscript. Idem prolixius in Praenot. p. 3. seqq. et DN. PFAFFII Theol. Dogm. Mor. p. 120. Excitamenta naturae admodum iis poterant esse insignia, Deut. IV. 19. Job. XII. 7. seq. Animantia muta, arbores, glebae, saxa, secundum ARNOBIUM, modo loqui possent et intelligere, esse Deum et cunctorum Dominum solum esse, clamarent, L. I. contra Gentes, conf. LACTANTIUS, de ira Dei, L. IX. Protagoram, sibi non liquere, dicentem, an esset diuinitas? suis finibus expellebant Athenienses, cum, secundum Maximum Tyrium, Platonium, ratione diuinae existentiae,

Saepe us
quasi obbru-
tescentes;

Gentes
atheas per-
peram fin-
gunt,

mirare enim
excitaban-
tur,

consentiat Graecus cum Barbaro, Mediterraneus cum Insulano, Sapiens cum Stulto, DANHAVERI Hodof. phaen. 3. p. 196. Atheum certe, ^{ut necipse} se gerere, intolerabile gentiliis plurimis fuit, quare, inter diras, qui ^{gentiles athe-} bus Christianos insectabantur, calumnias, de quibus Origenes, Iustinus ^{os fer-} Martyr, Cyprianus, Tertullianus, Athenagoras, Arnobius, Minutius ^{rent,} Felix, Lactantius, Augustinus et plures mira recensent, et hanc merito referimus, quod Atheos eosdem, ob contempta sua idola, dixerint; conf. B. CARPZOVIVS, Funebr. T. VI. p. 533. alibi contra diuinitatis, uti putabant, hostes, iterum contra Christianos uel ideo uehementer insurgent, quod suo ipsorum uescerentur Deo, uid. Idem B. CARPZOVIVS, in Es. P. I. p. 671. Numne ergo diuinitatis nullam uel habuerunt, uel habere non potuerunt notitiam?

V. Quid itaque dicturi essent, quum hodie tantum Atheorum pro- ^{Qui tamen,} uentum, uel ipsos inter Christianos, intueri possent? Necessitas quip- ^{inter nos,} pe extorsit, ut contra eos Mulleri, Spizelii, Weberi, Voetii, Ienking Tho- ^{infelici sa-} mastii, Buddei, Reimanni cet. ex instituto scripserint, et I. A. FABRI- ^{tu prodire,} CIVS, a. 1725. peculiari libro, *Selectum argumentorum et Scriptorum syllabum, qui contra Atheos ueritatem defenderunt*, ediderit. Angliam inprimis hoc, libere cogitantium malum, inuasit; turpia namque inpri- ^{apud remo-} mis sunt Tolandi et Collini, imo, et Tindalii, Mandeuillii, Th. Woolstho- ^{tiores iuxta,} ni et aliorum nomina, quibus Baxteri, Parkeri, Tillotsonii, Stillingfleetii, Gastrelli, Kitteri, Bentleii, Clarckii, Rob. maxime Boyleus, Armiger, testamento IIX. sermones, contra haec monstra quotannis habendos, qui ordinauit, se opposuerunt strenue; ne dicam, quid contra Tolandum, Collinum, Woolsthonum, in specie, cum Rich. Bentleio, Beniam. Hoadly, Edm. Gibsono, Sam. Pycroosto, cet. imo et cum Moshemio, Fabricio, Buddeo, Pfaffio, Ioeckero, egerint alii. Quam Galliam, Italianam, imo et Germaniam, haec atheistica inuasit lues, quam Aulas, Academias, Curias, Dycasteria, Mercatorum tabernas, Opificum officina- ^{et propin-} nas et Rusticorum quoque tuguria occupauerint, cum aliis, PFEIFFER ^{quiores.} RVS, in Programm. ad Lect. Anti-atheist. conquestus est. MARINVS MERSENNVS, saltem Parisiis, a. 1623. quinquaginta atheorum milia fuisse, testatur, in Genes. p. 233. Godofr. a Valle, Cosmum, Iul. Caes. Vnum et plures, alii norunt, cuius, ultimi inprimis, promore et munere suo, quod sibi ipse imposuit, apologetam, ad hoc quasi conductus, GODOFR. ARNOLDVS agit, Hist. Haeret. Vol. I. P. II. L. XVII. c. 16. th. 7. seqq. p. 575. seqq. Gentiles quidam multo religiosiores erant, utpote

qui, cum CICERONE, L. I. de N. D. Athéos. *Prothagoram, Diagoram, Melium, Theodorum Cyrenaicum*, imo, cum *Empirico, Prodicum, Critiam, Epicurum*, cet. notabant ipsi, ut eo rectius vitari possent. Supprimere nitebantur hi omnes κοινὰς ἐνοίας et procliuitatem cognoscendi Deum, Rom. I. 19. illam ψηλάφουσιν et palpationem, Act. XVII. 27. non *Dei ipsius*, sed *ex iis, quae palparamus, ratiocinia*, Deum omnino dari; τὰ ἀόρατα (diuina, quae Dei sunt) ἐκ τοῖς ποιήμασι intelligentes, Rom. I. 20.

Deuocatio-
ne Gentili-
um non du-
bitamus,
DIRE-
CTA,

solemnius
repetita,

antiquis et
recentiori-
bus asserta,

VI. Progredimur in nostris, pro adstruenda Gentilium ἀναπολο-
γησία, rationibus, et, de insuper habita uocatione Gentilium nunc quae-
dam commemoramus. Huius alia *indirecta*, alia *directa* dicitur.
Directam Deus, tribus uicibus, seu temporibus, utpote Protoplastorum,
Noachi et Apostolorum N. T. solenniter reuelauit. Per Prot. Euange-
lium, Gen. III. 9. 15. omnibus indiuiduis in *Adamo*, tanquam stirpe et ca-
pite generis humani, delitescantibus, et ex eo nascituris Gentilibus quo-
que, uocatio ad salutem *primum* promulgata, a *Noacho*, secundo hu-
mani generis Parente et iustitiae praecone, post diluuium, suis *postea*
inculcata, Gen. IX. 9. *tandemque*; aduentu *Christi* et praedicatione uni-
uersali Euangelii, in N. T. plenissime obfignata fuit; Marc. XVI. 15. 20. de
qua ultima, CLEMENS ALEXANDRINVS *Strom. VI. p. 499.* sequentia
fundit uerba: Ἑλλησι φιλοσοφία μέχρι τῆς παρεσίας ἐντεῦθεν δὲ ἡ
κλήσις ἡ καθολικὴ εἰς περισσίων δικαιοσύνης λαόν, κατὰ τὴν ἐκ πίστεως
διδασκαλίαν, συνάγοντος δι' ἐνός τῶ κυρίου, τῶ μόνου ἐνός ἀμφοῖν θεῶ ἑλ-
λῆνων τε καὶ βαρβάρων, μᾶλλον δὲ πάντος τῶ τῶν ἀνθρώπων γένους, Grae-
cis data est *Philosophia usque ad aduentum: hinc autem est uniuersa*
et generalis uocatio, ad peculiarem populum iustitiae, per eam, quae
est ex fide, doctrinam, per unum congregante domino, qui est unus so-
lus Deus amborum, Graecorum scilicet et barbarum, uel potius totius hu-
mani generis. Uniuersalitate autem non tantum *mandati*, sed et *exer-*
citii, respectu Gentilium, haec gaudet uocatio. Sicut enim, inquit,
QVENSTEDIUS, in *Syst. P. III, c. V. p. 465.* *lex in monte Sinai pro-*
mulgata, non solos Israelitas tunc uiuentes et praesentes obligabat, sed
omnes etiam eorum posteros, imo ipsas quoque GENTES, Deut. I. 6. IV.
II. sic quoque trina illa uocatio non tantum pertinebat ad praesentes,
seu eos, quibus immediate facta est, sed etiam ad eorum posteritatem.
Atque hoc iudicium conueniens quoque est 1) uoluntati Dei ante-
cedenti. Sicut enim amissio salutis, per unum Adamum, omnes inuasit
homi-

homines: ita recuperationem illius, per Christum partam, ad omnes quoque diffundere promisit Deus, Rom. V. 18. 2) *mandati diuini executioni*, cuius mentio fit Psalm. XIX. 4. 5. Matth. XXII. 19. XXIV. 14. Rom. X. 18. 19. Coloss. I. 6. 23. 3) *Patrum testimoniis*, utpote IVSTINI MARTYRIS, in *Dial. cum Tryphone*, p. 270. inquentis: *ἔδὲ ἐν ὅλῳ ἐστὶ τὸ γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων, εἴτε ἐλλήνων, εἴτε, ἀπλῶς ὀνομασθέντων ὀνόματι προσαγορευομένων, ἢ ἀμαξοβίων ἢ αἰοίκων καλεσμένων, ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκόντων, ἐν οἷς μὴ, διὰ τὸ ὄνομα τὸ τῶ σαρρωθέντος Ἰησοῦ, εὐχαὶ καὶ εὐχαριστία τῷ πατρὶ καὶ ποιῆτῃ ὅλων γίνονται.* Ne unum quidem est genus mortalium, siue barbarorum, siue Graecorum, seu etiam aliorum omnium, quocunque appellentur nomine, uel Hamaxobiorum, uel Nomadum domo carentium, uel in tentoriis uiuentium (Scenitarum) et pecoribus uitam tolerantium inter quos per nomen crucifixi Iesu, supplicationes et gratiarum actiones patri et fabricatori rerum omnium non fiant, IRENAEI porro, L. I. c. 2. Ed. Colon. 1625. p. 51. scribentis: *Ecclesia per uniuersum orbem, usque ad fines terrae seminata est*; CHRYSOSTOMI itidem Hom. 76. in Matth. p. 2. 53. dicentis: *quod uiginti annis aut ad summum triginta, ad omnes orbis oras Euangelium transcurrerit*; TERTULLIANI denique, *aduers. Iud. c. IV. p. 106. affirmantis: Multas abditas gentes, quas ipse enumerare non posset, Euangelio credidisse.*

VII. Tamei si itaque Calviniani, Pontificii, Veigeliani, Photiniani, alique, quos recenset QVENSTEDIVS, in *Syst. P. III. c. V. p. 467. seqq.* et MOEBIVS, in *Tract. de Oracul Ethn. p. 102. sq.* uocationem Dei uniuersalem labefactare, uerbumque Euangelii non ad omnes exterarum orbis terrarum regiones, qualis fuerit America, secundum PAREVM, in *Comment. super Ep. Rom. Dub. XIII. p. 1062.* antea non habitata, sed ad Prolomaeum usque, aquis obruta, penetrasse contendant: Nihilominus tamen, irrefragabili AMBROSII effato, sua stat ueritas: Sic enim, in *c. X. ad Rom.* scribit: *Quo non uenit ἀποστολή εὐαγγελίου; cum quo sic conuenit HIERONYMVS, in c. XXIV. Matth. Quamquam gens aliqua non habuerit praedicatorem, tamen, ex uicinis nationibus, opinionem fidei non potest ignorare.* Horum sententiae, praeter rationes, in genere iam §. IV. commemoratas, innituntur inspecie: 1) *oeconomia diuina*, siquidem non ad inanitatem, iuxta Es. XLV. 18. Ps. CXV. 16. Act. XVII. 26. sed, ut inhabitetur, formauit terram, quod dictum, accommodatum ad Americam,

Dubitant tamen de eius uniuersalitate alii, apud Americanos in primis, rationibus merito conuincendi, 1) a Dei oeconomia, ex-

exposuerunt *Ian. Bircherodius*, iunior, *Ar. Montanus*, *Io. Gorop. Becanus*, *Guil. Postellus*, *Genebrardus*, *Zwingerus*, *Auenarius*; Hi enim enim omnes ad unum persuasum sibi habuere, hanc mundi partem nihil aliud esse, quam *Ophir* illud, ad quod naues suas, aurum et alia id genus pretiosa allaturas, singulis trienniis euntes et redeuntes, ablegauerit olim *Salomo*, et insulam illam, quam *Plato* uocat *Atlantidem*, Apostolosque, per terram, in illam peruenisse, referunt *FECHTIVS*, in *Sylloge*, p. 323. et *MOEBIVS*, in *Tract. de Orac. Ethn.* p. 116. seqq. Quam de *Americanis* adhuc solliciti sint Magnates Lutherani, inter alia, a *Suecis* editus 1696. *Catechismus Lutheri*, pro gentilibus in *Virginia*, in horum linguam uersus, edoceat, uid. *Nou-Antiqu.* 1706. p. 69. seq. de tribus non ita pridem eo missis Euangelico Lutheranis Pastoribus *Wolffio*, *Birckenmayero* et *Knollio*, ibid. 1734. p. 1057. sq. Et certe, uniuersalitas uocationis a Spiritu S. supra asserta, nobis ualentior est, quam, ut *Americanos*, ob unam alteramque naturae difficultatem, excludere uelimus. Fuerit habitata *America* ante Christum; *Salomoneae* expeditiones aliquid praestare possunt: uid. *BIRCHERODII schediasm. in Timaeum Plat.* ao. 1683. Venerint eius incolae demum post Christum, quod nullo tamen argumento serio probari potest, Apostoli eam uel adire per septentrionalia cohaerentia, uel cymbula modica diuinitus seruati, eo contendere poterant, de quo *GEORG. HORNIVS*, de *origg. American.* pluribus egit. Nititur quoque asserta uocationis uniuersalitas 2) ipsorum *Americanorum* confessione. Sic enim *FERDINANDVM CORTESIVM*, in *II. Narrat. de Reb. Indic.* p. 270. tradidisse, legimus, *Indos*, cum ipsis ueram doctrinam de Christo Iesu proposuisset, non pertinaciter reluctatos esse, sed respondisse: *se non esse oriundos ex hac regione, sed longa ante tempora Maiores suos ad has prouincias aduentasse; fieri potuisse, ut illi sint aliquo errore ducti in his rebus, quas colerent*, uid. supra laudatus *MOEBIVS l. c. p. 114. sq.* 3) uestigiis haud obscuris, tum historiarum sacrarum, creationis, diluuii, primorum Parentum lapsus, *Israëliitarum* ex *Aegypto* migrationis; tum extincti ueri cultus diuini, utpote baptismi, S. coenae, cet. uid. *PFANNERVS*, in *Syst. Theol. Gent. pur.* p. 13. 346. *PFEIFFERVS* in *schol. Christian.* p. 547. 4) instituta inter Apostolos, secundum ueterum opinionem, locorum et nationum diuisione, de qua nominatim *EVSEBIVS* refert, *Hist. Eccles. L. III. c. I. p. 71.* ac speciatim simul de *Bartholomaeo* eiusque ad *Indos* ap-
pulsu

circa Americanos quoque,

2) ab ipsa exterorum confessione,

3) a uestigiis quibusdam,

4) ab apostolica prouinciarum diuisione.

puisu, ubi et *Matthaei* Euangelium Ebraicum reliquerit; Indiam tamen, quae uere fuerit, simul non determinans, commemorat, *l. c. L. V. e. X. p. 175.* Vid. *VV. CAVE, in Antiqq. Apostol. p. 551.* Singuli certe hic ita elaborabant Apostoli, ut solus *Paulus* alas quasi, secundum ueteres, adeptus, *ab Hierosolyma et circumcirca, usque ad Illyricum, impletet Euangelium Christi, Rom. XV. 19.* Illustrat hoc alicubi *MOEBIVS*; Si propositiones *Lutheri*, quas primus omnium, aduersus *Tezelium*, in festo omnium SS. ao. Christi 1517. ad ualuas templi arcis *VVittebergensis* affixit, intra quatuordecim dies, peruolitarint omnes angulos Germaniae: cur non, intra uiginti aut triginta annos, peruenire potuisset Euangelium, tot miraculis confirmatum, ad omnes angulos totius orbis terrarum? *De Oracul. p. 112.* 5) *Bibliorum*, ante natiuitatem Christi, iussu *Ptolomaei Philadelphi*, in graecum sermonem, ubique fere tunc familiarem, *uersione*; Graeca autem, secundum *Ciceronem pro Archia*, in omnibus fere gentibus leguntur. Quod, *Aët. XVI. 6. 7. Paulo et Silae* prohibitum fuisse, uerbum Euangelii in *Asia et Bithynia* annunciare, in contrarium hic urgere uelint, non est; si quidem haec prohibitio, ad tempus tantum, ob graues, omniscienti Deo perspectas causas, dum, eo tempore non assumpturi, quin, blasphematuri potius uerbum fuissent, facta est, uti euentus edocuit, *Aët. XIX. 9. 10. 26. CVRCELLAEVS, OO. Theol. p. 392.*

5) a Bibliorum graeca uersione.

VIII. De *directa* Gentilium uocatione adhuc exponimus. Venit scilicet sub *N. in primis Foedere*, miseris *Gentilibus*, qui eminus, antea steterant, parcius conuersis, per uerbum tamen, cum *Babyloniis, Moabitibus, Aegyptiis, Assyriis* cet. crebrius uocatis, *Ier. I. 5. XXVII. 3. 5. Es. XIII. usque ad XXI. Ion. I. 2. uenit, inquam, iis καιρός διορθώσεως, Ebr. IX. 10. Sat diu erat, ubi Deus in praeteritis generationibus siuerat πάντα τὰ ἔθνη ire uias suas, Aët. XIV. 16. ubi ambulauerant κατὰ τὸν αἰῶνα τῷ κόσμῳ τέτα, κατὰ τὸν ἀρχοντα τῆς ἐξουσίας τῷ αἴερος: Eph. II. 2. nunc uero πλήρωμα τῶν ἐθνῶν ingrediebatur, Rom. XI. 25. Ioh. X. 16. Aët. I. 8. XVIII. 30. sq. Eph. II. 13. 14. 16. 17. conf. Gen. IX. 27. XLIX. 10. Ps. II. 8. XX. 28. seqq. L. XXII. 8. seqq. Es. LX. 4. 5. 6. Per uerbum, omnibus praedicatum, et quidem *Euangelii*, *Rom. IV. 15. Gal. III. 21. proprie dicta* hic exserebat sese uocatio, quod loca supra, thesi IV. docent, nihil hic quicquam ualentibus *Veigelii* et *Quackerorum* interno lumine, *Fanaticorum Pseudo-Christo* interno, *Arnoldi canone* interno; per uerbum, uniuersalis haec uocatio fieri debebat; *Marc. XVI.**

per uerbum Euangelii,

*male multis
restricta ;*

*ad nouam
solennem
Deus uon
tenetur.*

*INDIRE-
CTA, VO-
CATIO,
quae ea sit?*

*eiusque ex-
citatoria?*

15. 20. Rom. I. 8. XVI. 26. X. 18. Col. I. 6. 23. Nulla uero Gentilium haecce uocatio *directa* foret, si, cum *C. Reformatis*, ea subdole, pro restricta et saltim paucorum, haberetur. Ad fallendum composita sunt, quae thrasonice alicubi MASSONIVS scripsit: *wir gläuben, daß Christus für alle, alle, alle, für der gantzen Welt Sünde gestorben sey*; Anatom. Vniuers. P. III. C. IX. p. 196. Aët, audi statim in sequentibus, ita modulantem: *wenn gefragt wird, wer dieselben ALLE seyn? so antworten wir mit der Schrift, es sind ALLE GLAUBIGE, die binn und wieder in allen Staedten und Völckern in der gantzen Welt zerstreuet sind, Vid. B. ITTIGII Synod. Carenton. program. anex. II. p. 6. Mf. DN. LOESCHERI Adresse, p. 38. Quod non denuo et solenniter Gentiles reuocet Deus, ad hoc hic tenetur minime, cum, suo illi contemptu et illusionem, hanc meruerint poenam, Matth. XXI. 41. 48. XXIII. 33. 38. Luc. XIV. 24. Aët. XIII. 46. Apoc. II. 5. quod Deus dudum minatus est, Exod. XX. 5. Hos II. 4. IV. 6. inprimis, Ier. XLIV. 26. Matth. XIV. 28. seq. Ioh. XII. 36. 46. seqq. Non tenetur Deus ad restitutionem gratiae suae, tam abundantis, quam non promisit, plurima, in eius reiectione, perpeffus, Vid. SCHERZERI *Breuiar. Hulsem. c. VIII. Thes. 14. p. 465. seqq. HVLSEMANN. de Auxil. Grat. p. 153. sqq.**

IX. De *directa* Gentilium uocatione dixisse, sufficiat; nunc uero et *indirectam*, improprie ita a multis appellatam, contuebimur. *Praeambula* illa uocationi, quae fit per uerbum, FECHTIO dicitur, *Syllog. p. 320.* qua Deus intendit per naturae interiores instinctus uiam quasi homini parare ad ueriores cultum et sequentem conuersionem; concurrunt tamen instinctus illi tantum *paedagogice* et *accidentaliter*, Gal. III. 24. et poterant Gentiles *χρησάγοντες* inuenire suos, creaturas, radios, testes solis aeterni, Aët. XVII. 21. ut ad ianuam quasi uerae ecclesiae, et thesaurum, Scripturam, hisce ducentibus, peruenirent, quod *ἀγνόν* illud diuinum est, Rom. II. 4. DANHAVERO alicubi, per locum quendam Aristotelicum, illustratum, *Hodosoph. Phaen. II. p. 866. seq.* Haec namque reputabant secum, locum esse oportere, ubi Bonum illud Numen et Summum, seque, suaque, clarius exhibuerit, excitati deinceps hoc magis, cum in Aegyptum commigrarent, in Babylonia et Assyria uaria audirent, nauigatio commercantium mira referret, alique, ob faciendos profelytos, maria terramque tentarent, quibus omnibus innati stimuli hoc magis, in exercitio, exacuabantur, uid.

uid. D. VVAGNERI *Disp. de Vocat. Gentium in V. T.* Amisso etiam uerbo, notitiam tamen naturalem, qua falsitatem sui cultus et absurditatem cognoscere possent, Deus non aufert, et fama de uera Ecclesia, Rom. X. 18. dum *Romanorum*, imo, et *Theffaloniorum* fides ubique, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ἐν παντὶ τόπῳ innotescebat, Rom. I. 8. I. Theff. I. 8. indies excitabantur, ita tamen, ut, si per famam de ecclesia, *dogmata* quaedam simul uerae ecclesiae afferebantur, tum illa uocatio potius per uerbum, quam per solam naturam, fuerit facta, uid. HVLSEMANNI *auxil. Grat. passim.* Vel ex coelo stellato, in altissimo, ad mare, monte *debilis et conspecto*, duos aliquando Gentiles, moriendi et in mare se praecipitandi, num eo forsitan uenturi sint, desiderium incessit, alteri uero obstitit alter, uitam, a nobis quippe non acceptam, nos pro arbitrio finire et adimere nobis debere minime. Θαυμάσιον κέρδος mortem, cum *So- inpr. ignara,* crate, uocarint alii, apud *Platonem*, in *Apol. Socrat.* conf. BARTHII *ad- uersar. L. LIV. C. IX* hominum miserrimi, spe omni exclusi, I. Theff. IV. 13. et tamen stolide sperantes, *Zwinglianum* saltim aliquod coelum, uel *Herculis* metuenda claua, iuxta *Vitum VVintzheimium*, horridum, et uerbo ueritatis plane contrarium: Matth. XI. 25. 27. Ioh. VI. 40. 47. XIV. 6. XVII. 3. XX. 31. Act. IV. 12. Rom. X. 17. Quomodo morentur bene, qui moriendi artem, Ps. XC. 13. XXXIX. 5. 6. Phil. I. 21. mortis causam, terminum et euadendi media, ignorarunt? uid. *Summe Venerabilis DN. PRAESIDIS Disp. Philosophus moriens*, seu *εὐθανασία, Gentilibus neganda*, anno 1700. Quousque ἀμαρτολοὶ καὶ ἔχθροὶ, extra Christum adhuc reperiuntur, spe salutis quidem *non tamen sibi blandiri nequeunt; dilectione tamen Dei omni non carent, omnis diuinae dilectionis, comitis, expers est;* Rom. V. 8. 10. qua fert τὰ τῆς ὀργῆς σκέυη, quae apparauit ad interitum *Satanas*, ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ, Rom. IX. 22. quaque, nondum (in ordine ad salutem, Matth. III. 2. 8. 10. Marc. I. 15. Act. II. 37. 38. XVI. 30. 31.) poenitentes, εἰς μετάνοιαν ἄγει, Rom. II. 4. Habent itaque, futuri aliquando ἀναπολόγητοι, ueritatem quidem *naturalem*, ad Deum quaerendum *unum*; Act. XVII. 27. Rom. I. 18, 25. non uerō *notitiam*, ad uitam, *salutarem*, de Deo, in personis *trino*, Christo et ueris salutis mediis. Somnient contraria *Polagiani*, *Naturalistae*, *Pontificii*, DIEGVS speciatim PAYVA DANRADA, una cum *tum pristinis,* MALDONATO, imo, maledicentissimo, in *Tr. Theol. Polit.* SPINOZA: *uis,* absque scripta lege, saluari potuisse *Gentiles*, seruata saltim lege *naturae*, quod lumen solum uera sit reuelatio; de *St. Curcellaeo*, qui cum

C

Sam.

tum nostris
quoque tem-
poribus.

Sam. Maresio de hac thesi acerbè depugnauit, supra uidimus, ne alios, qui cum *Hobbessio*, *Cerberio* et pluribus, de salute speciatim *Aristotelis* sperarunt optima, commemorem. Vid. *DANDRADA*, in *Defens. Fid. Trident.* L. III. p. 292. *MALDONATVS*, in *Matth.* XI. 20. *CARPZOVII* *Dispp. Acad.* p. 1304. et *Funebr.* P. I. p. 131. seq. P. V. p. 224. De *Aristotelis* salute et *Socratis*, *Colonienſes*, qui, iuxta *AGRIPPAM*, de *uanit. scient.* C. LIV, et *BALAEVM*, *Cent.* XIV, etiam de salute *Aristotelis* scripserunt, conf. *IO. PRIDEAVX*, *Lect.* VIII. de *Salute Ethnic.* fol. 114. deludit *Erasmus*, uix sibi temperare, inquiens, quin illorum inferat *Litaniae*: O *Sancte Socrates*, ora pro nobis, *FORTVNATVS LICETVS*, L. de *Pietate Aristot.* 1645. Ast *fumum*, sua hac spe, uendiderunt omnes, cum *Gentilibus* quasi ipsis, qui et alias, ex fumo et suffitu, *Iudaeos* in cultu imitati, prout uel cito, uel tardius assurgebat, uaticinabantur, *DELECHAMPII* *Not. ad Plin.* L. XII. N. H. c. 14. Hinc nec recentioribus adſtipulamur, *ſudentibus* ſaepe, *mann ſolle nicht alle, AVSER* der ſichtbahren Kirche ſich befindende *VOELCKER*, vor verdamlich erklæren, ex *Langii* *Mittelſtraſſe*, P. IV. p. 347. *NOV-ANTIQU.* 1715. p. 120. Magis adhuc a uero recedit *AVCTOR* des *Erweiſes*, wieder *Langii* *Schrift* von *Offenbahrungen*, 1715. das *INNERLICHE WORT* ſey die einige rechte ordentliche *EFFISANTE* *Offenbahrung*, die *ALLE* *Menschen* angehe, p. 19. 34. *Quibuseum* conſeatur, nec meliora loquitur le *Baron* de *HONTAN*, *proprie de rebus diuinis nos plane intelligere nihil.* Deum *ACQUIESCERE* cum quouis, ſi *RATIONEM* ſequeretur *TANTVM*, et *NULLA* opus eſſe *REVELATIONE*; *Scripturam* eſſe tantum *uisiones* et *DELIRIA* (*Reueries*) *Dialogu.* p. 3. 32. 33. it. 4. 6. *Quam* ueilem, *HOEDINGERVM* ſibi ab his temperaſſe, *mann koenne nicht ſagen*, die *Heyden* koenten ohnmoeglich ſeelig werden, wenn ihnen das *Wort* nicht verkündiget worden; *Iohanni* Deum ſine uerbo et ſacramentis dediſſe *fidem* in utero, N. T. ed. 1704 p. 69. *Quibus* gemina ſunt, tum *IAC. BRILLII*: *NIEMAND* ſey in der Welt *geweſen*, der *Chriſtum* *GANTZ NICHT* gekant habe; das *Buch* der *Natur* gebe *VBER* die *Schrift*; *Chriſtus* ſey in *ALLEN*: *Wahre* und *faſche* *Erkent.* *Chriſti*, 1712. p. 20. 22. ſeq. 82. Tum *TOB. EISLERI*, ein *HEYDE*, werde *OHNE* aeuſerliche *Erkenntnis* *Chriſti*, durch das *THVN*, ſeelig, *Groſes* *Geheimnis* in allen *Menschen* 1720. p. 202. *Turpe* eſt, *P. CAROLVM* *REGENTIVM*, in *Scheffero* *Gorlicenſi*, hanc theſin notare debuiſſe: *In* *quouis*, *religione* *ſaluari* *poſſe*; *GEN-*

GENTILES quoque, Iudaeos, Turcos, tametsi in Christum minime credant, modo pie uiuant, Nachricht von der Neuen Secte der Schefferianer und Zinzendorffianer, 1729. Nachricht. II. Cautius quoque haud dubie solidiusque ea poni potuissent, quae AVCTOR Labadismi, Pietismi fonte, p. 37. merito attendit, quod scilicet Deus Gentilibus, hodie uiuentibus, fidem et Euangelium, Maioribus eorum patefactum, quod retinere debuissent, neglectum uero et amissum, NON IMPVTET; tametsi BECKERVS. Prof. Moral. Rostoch, in der abgenoethigten Vertheidigung, 1734 uarie limitans, sua haec excusare uelit, iterato asseuerans, et a Pietismo, quem pestem uocat, p. 4. 31. et ab hac opione, se esse alienum, Gentiles, sine fide in Christum, fore aliquando saluos, l. c. p. 13 seq.

X. In uocatione hac indirecta, instinctus illi naturales dominantur maxime, notitia illa naturalis, modo non adeo supprimeretur a τοῦ ἐξω, ut, uel sic, se maxime efficerent aliquando ἀναπολογητός. Naturalis isthanc notitiam ab iniuriis Scholasticorum, Calvinianorum, Pontificiorum, Arminianorum, Socinianorum, Photinianorum aliorumque, masculae strenueque uindictarunt atque defenderunt QVNSTEDIUS, in Syst. P. I. C. VI. p. 255. seqq. SEB. SCHMIDIUS, in Exercit. Theol. p. 113. GERHARDVS, in Exegeti, p. 665. HVTTERVS, in LL. p. 383 388. VOSSIUS, in Hist. Pelag. p. 363. SCHERZERS, in Colleg. Anti-Soc. p. 31. GRAPIVS, in Theol. recens controu. P. I. p. 26. seqq. Dupliciter autem haec notitia naturalis consideranda occurrit, ut ea hinc ἐμφύτος, siue natura impressa, insita et implantata; hinc uero, ἐπίκτητος, seu acquisita, in uastissimi huius uniuersi contemplatione, dicatur. Ἐμφύτος θεογνωσία est, a primo hominis halitu, habitus innatus, nulla interueniente specie quadam intelligibili et discursu, seu obiecto, in sensus incurrente, cognoscendi ens quoddam summum. Hanc definitionem ARNOBIUS, contra Gentes, L. I. p. 18. sequenti adprobat assertionem: Quisnam est hominum, qui non, cum istius Principis notione, diem primae natiuitatis intrauerit? cui non sit ingenitum, non affixum, ipsi pene in Genitalibus matris non impressum, non insitum, esse Regem ac Dominum, cunctorum, quaecunque sunt, moderatorem? Sic Balduinum quoque notitiam naturalem insitam inscriptionem in prima creatione factam, dixisse, perhibet SCHMIDIUS, in Comment. ad

Αναπολό-
γητος male
notitiam,
naturalis
tractat,

επικτητος
ἐμφύτος,

quam ad-
struit

1) Scriptu-
ra,

2) illius ef-
fectus.

Animad-
uertit Gen-
tilis, se esse
corruptum,

scit vulne-
ra; medicum
et pharma-
ca nescit,

Rom. p. 83. Et quis porro dubitaret? propugnant illam 1) Scripturae dicta, Rom. I. 19. Rom. II. 14. Iud. u. 10. Haec Scripturae asserta, si, prout decet, attendimus, tum nobis non licet subscribere sententiis Arminianorum, Photinianorum, vid. *Catech. Racou.* p. 23. SOCINI item, in *Praelect. C. II. p. 5.* OSTORODI, in *Instit. C. I. Patrum* quoque, Augustini, Athanasii, Hieronymi, Ambrosii, Chrysostomi, Theophylacti, affirmantium, per duo priora dicta, notitiam naturalem acquisitam innui; siquidem locus prior non tantum loquitur de iis, quae sunt ἐν αὐτοῖς, et acquisita, uersu demum uigesimo sequatur: Sed locus ille alter quoque, de φῖσει, intrinsecus normante, exponit; id quod pluribus, exposuerunt CALOVIVS, in *Bibl. Illustr. N. T. T. II. p. 31.* HVLSEMANNVS, in *auxil. Grat.* p. 108. seqq. SCHMIDIUS, in *Comment. ad Rom. p. 81. seqq.* GERHARDVS, in *annot. in Ep. ad Rom. p. 46.* aliique, quos refert VVOLFIVS, in *Curis Crit. ad h. l. p. 22.* 2) effectus, ex cordibus hominum prorumpentes, quales sunt cognitio discriminis honestorum et turpium; tremor, timor atque pauores malae conscientiae, omnipotens atque iustissimum Numen ante oculos ponentes. Ab his cruciatibus atque animi doloribus sceleratis, licet audacissimis, nulla, utcunque saepe simulent, uacatio est. Sic enim SVETONIVS, in *Nerone*, notat, eum, occisa matre, quamuis Senatus populusque Romanus, militesque gratulationibus ei applaudissent, tamen confessum fuisse, se materna specie exagitari. De *Iugurtha* uid. PFANNERVS, in *Syst. Theol. Gent. pur.* p. 235. Factum hinc est, ut Gentiles quoque malos se esse et sceleratos, ac tales se aliquando fuisse factos, cognouerint, nec tamen cauisam in Deum, Creatorem optimum, ipsi conicere potuerint. Quomodo uero et quando fuerint lapsi, nunquam sunt assecuti. De *aurco ac argenteo* quodam Seculo, Poetae quaedam somniabant, de Colosso Danielitico, quasi per transfennam et sub nebula, quaedam assecuti, MORNEVS, de *V. R. C. XVI. et XVII. p. 352. seqq.* Medico itaque se indigos, peruidebant; uulnerum uero nec plena pericula, nec quomodo, quibusque mediis, sanari possint ac debeant, intelligentes. Verbo hoc debetur soli, ostendenti, quomodo se eripere debeant; ὅ uelle item et uires simul, quod nulla natura praestat, offerenti. Semen hoc illud est, quo non exfugitur, ut tandem emoriatur, terra, sed frugifera plane redditur, Es. LV. 10. tanquam semine ἀφθάστῳ, λόγῳ ζῶντος

ζῶντος et ζῶντι, μένοντι eis τὸν αἰῶνα, 1. Petr. I. 23. Ebr. IV. 12. Haec ^{quod pul-}
 Apostolus alicubi nexu pulcherrimo sistit 1) *Gentiles*, qui fuerint ^{chre Apo-}
 (ὑπὲρ ἡμῶν, τῶν ἐθνῶν) et 2) *audiuerint* (ἠκούσατε τὴν ἐκονομίαν) 3) *po-* ^{stolus docet,}
 tuissent νοῆσαι (ἀναγινώσκοντες cet.) *revelationem*, 4) se quoque (εἶναι
 τὰ ἔθνη συνκληρόνομα) *una haereditare* debere, 5) διὰ τὴν εὐαγγελίαν, et
 6) per eius ministrum, διὰ τὴν δωρεάν τῆς χάριτος, Eph. III. I. 2. 3. 6. 7.
 Quomodo corruptionem in se factam, obseruauerint iidem, cum
Mornaeco quidem, sat graphice nonnulli describunt, multa namque ab ^{et alii, in}
 eis, qui reuelationis lumine gaudent, quasi bene fluant, naturae tri- ^{consequenti-}
 bui, necendo consequentias, possunt, quae uero praxin miserrime fi- ^{is Gentilium}
 mul excoecatorum longissime superant. Sic, inquit, Gentilem ^{elicitis, ex-}
 argumentari potuisse: miser et corruptus sum; talem uero me Opti- ^{coecatis}
 mus Deus, boni ordinis in macrocosmo studiosus adeo, ad gloriam ^{omnino diffi-}
 suam et hominis commoda omnia creans, non fecit. Primus E. homo ^{cillimis,}
 etiam bonus fuit: Faber namque non creat rubiginem ferri; non ^{docere uo-}
 uinitor labruscas, non hortulanus erucas cet. malum E. aliunde uenit. ^{lunt,}
 Anima, Spiritus, tam inania sectans et humi repens, corruptus fuit,
 non ab elementaribus et corporibus; dedit E. naturae auctor, in
 poenam, potestatem corruptoribus quibusdam; hinc antecesserit
 culpa, crimen in creatorem, adeo et homini postea maledicentem, ne-
 cesse est. Culpa ea, quae fuerit, maxime iudicandum ex poena.
 Quia *rationi* non amplius sensus et appetitus obsequuntur; haud du-
 bie *ratio* non obsecuta est Deo, sed supra eum se efferre uoluit.
 Mundus seruire debebat homini, homo Deo: nunc mundus et natu-
 ra contra hominem insurgunt; E. homo antea contra Deum rebellis
 fuit. Malum hoc non nuper, non alicubi saltem, non in quibus-
 dam coepit: E. uniuersale et omnibus retro seculis, iam tum extitit.
 Nec a Deo uenit, quia non omnes uti homo, corruptae sunt creatu-
 rae: erit itaque hoc malum a quodam *contagio*; corpus uero Spiri-
 tum non contingit: E. uel ex homine, uel ex *aliis* cuiusdam *spiritus* ^{Gentilium}
 contactu erit, κ. 7. λ. MORNAEVS, l. c. Accedit 3) communis genti- ^{consensus;}
 um consensus, quem sic urgent IVSTINVS MARTYR, in *Resp.*
Quaest. I. ad Graecos, p. 160. πάντες, ὅτι ἔστιν ὁ Θεός, ὁμολογῶσι κοινῇ
 ἐννοίᾳ, omnes, Deum esse, communi fatentur *intelligentia*. DAMAS-
 CENVS, L. I. de *Orth. fide*, c. III p. 7. ἡ γνῶσις τῆς εἶναι θεόν, φυσικῶς ἡμῶν
 ἐγκατέσπαρται, *cognitio, quod Deus sit, nobis natura insita atque in-*
genita est. CICERO, in *Orat. pro Milone*: *Non scripta haec lex, sed nata,*
 quam

quam non didicimus, accepimus, legimus, uerum ex natura arripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, l.c. et Tusc. Qu. I. Porro firmissimum et hoc adferri uidetur, cur Deos esse, credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit Deorum opinio. SENECA, Ep. 117. p. 266. ita: Deos esse, inter alia, sic colligimus, quod omnibus de Diis opinio insita est, nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque proiecta, ut non aliquos Deos credat. Hi certe omnes ruborem incutiunt (si alicuius adhuc capax est,) Baroni Gallo, HONTANAE, arbitranti, mentis nostrae uires non ultra superficiem terrae eleuari posse, adeoque peruestigatione rerum inuisibilium non esse corrumpendas, in Dialogis cum Americano, p. 3.

Tam ἐπι-
κλήρον,

Patribus,

es Scriptu-
rae asser-
tam,

effectibus
item

XI. Par est ratio, paria quoque fata alteri notitiae Dei naturalis speciei, acquisite scilicet, ob ἀναπολογησίαν Gentilium, sunt subeunda. Omnibus enim ac singulis hominibus a benignissimo Numine offertur hic habitus, per huius uniuersi, uel rationalis discursus, contemplationem, non existentiam solum, sed etiam aliquid de essentia Dei cognoscendi. Hinc BASILIO, hom. 11. hexeam. Βιβλίον ψυχῶν λογικῶν καὶ παιδευθῆσαν τῆς θεογνωσίας ἑξαήμερον, Nazianzeno, ἐπίγνωσις συλλογιζομένη καὶ ἐπίκτητος audit, quae utraque denominatio itidem accommodata est, 1) ad Scripturae dicta: Rom. I. 20. Act. XVII. 27. Iob. XII. 7. Pl. XIX. 1. De tortas atque uitiatas horum dictorum ab Origine, Anselmo, Hombergio, Thoma Aquinate, Conrado Vorstio, Ostorodo, Socino, Photinianis, aliisque profectas interpretationes, uberius fusiisque, una cum uera atque genuina Spiritus S. mente, exposuere QVENSTEDIVS, in Syst. P. I. c. VI. p. 251. seqq. GERHARDVS, in Annotat. in Ep ad Rom. p. 47. WOLFIVS, in Curtis Criticis, p. 22. seqq. 2) ad effectus, in rerum natura existentes, seu, qui conspiciuntur in coelo, terra et mari. Scite itaque omnino Clemens Alexandrinus, teste GERHARDO, in Exeg. p. 702. iudicauit: totam rerum uniuersalitatem nihil aliud esse, quam grande quoddam uolumen, in quo non mortuis, sed uiuis literis, notitia Dei inscripta, ac folia eius esse tria: coelum, terram et mare. Haec enim omnia nos, eorum originem perscrutantes, de sua dependentia, uti Augustinum, certiores facient, quem PFEIFFERVS, in der Christen-Schule, p. 39. sic cum illis collocutum fuisse, tradit: Interrogauit terram, utrum Deus esset? et dixit: Non sum et, quaecunque in eadem sunt, idem confessa sunt. Interrogauit mare et abyssos, et reptilia animarum uiuarum, et respondent: Non sumus Deus tuus, quare super

super nos. Interrogavi auras flabiles, et inquit uniuersus aër cum incolis suis: Fallitur Anaximenes, non sum Deus tuus. Interrogavi Coelum, Solem, Lunam, Stellas; neque nos sumus Deus, quem quaeris, inquiunt. Et dixi omnibus iis, quae circumstant fores carnis meae: Dicite mihi de Deo meo, quod nos non estis, dicite mihi de illo aliquid; Et exclamarunt uoce magna: Ipse fecit nos etc. Horum omnium inquirentes in coordinationem, conseruationem, atque directionem, attributa Dei nos edocent, uid. supra laudatus PFEIFFERVS l. c. pag. c. seqq. 3) ad ipsorum ^{et ipsorum} Gentium ^{Gentilium} consensum ^{consensu} probatam. Primus omnium hic in medium procedat CICE-RO, de Dinin. C. LXXII. et de Nat. D. L. V. et XXXV. Pulchritudo mundi, ait, ordo rerum coelestium, conuersio solis, lunae, siderumque omnium, indicant satis ad spectu ipso, ea omnia non esse fortuita et cogunt has confiteri, in esse aliquem non solum habitatorem in hac coelesti ac diuina domo, sed etiam rectorem et moderatorem et tanquam architectum tanti operis, tantique muneris. Excipiat illum PLOTINVS, Ennead. III. 8. obseruans: ὁ ἀναβλέψας εἰς τὸν ἄρανόν, καὶ τῶν ἀστέρων φέγγος, ἰδὼν τοῦ ποιήσαντος, ἐνθυμῆται καὶ σεβῆι, qui coelum adspicit, siderumque lucem, opifissem desiderat, quaeritque. MINVTIVS FELIX p. 37. ita colligens: Quod si, ingressus aliquam domum, omnia exulta, disposita, ornata uidisses: utique praeesse ei crederes Dominum et illis bonis rebus multo esse meliorem. Ita in hac mundi domo, cum coelum terramque perspicias, prouidentiam, ordinem, legem: crede esse uniuersitatis Dominum, Parentemque ipsis sideribus et totius mundi partibus pulchriorem. Plura huius argumenti testimonia affert PFANNERVS, in Syst. Theol. Gent. pur. p. 38. seqq.

XII. Haec, de notitia Dei naturali, egregia quidem sunt omnia; ^{Neutra ta-} ^{men sufficit} ^{ad salutem,} Ast, ad salutem tamen sufficientia minime, quandoquidem in χερσαρχωγία nuda ad scholam, ubi docentur salutis media, unice acquiescunt. Facessant ergo Angli, Eduard Herberti L. B. de Cherburi somnia, in libro, de Relig. Gentil. ad salutem sufficere posse, Deum, aut supremum aliquod Numen esse, illud deberi coli, uirtutem cum pietate coniunctam, praecipuam cultus diuini partem esse, ut et, scelera abhorrere, atque de illis poenitere; fore, post exactam hanc uitam, proemia uel poenas. Haec est naturalis cognitio, quae etiam Diabolis competit, uti ex Iac. II, 19. constat. Rem acu autem tetigit GERHARDVS, in Exeg. p. 694. ad quod bene ^{Gerhardus} ^{edocuit,} salutem requiri, affirmans, cognitionem unius ueri Dei, qui est Pater, ^{Filius}

quam pul-
cra etiam
uideantur
quaedam
Gentium
asserta,

uel, ratio-
nabiles alio-
rum Cate-
chismi;

Insufficiens
et languida,

Filius et Spiritus S. Christi mediatoris; mediolorum, per quae Christi beneficia offeruntur, uerae in Christum fidei, operum uere bonorum ac Deo placentium. Licet itaque antiquissimus Theologorum Gentilium, *Mecurius Trismegistus, Deum unum, uid. LATANTIUS Diu. Inst. l. 6. Xenophanes Colophonius, incorporeum, uid. CLEMENS ALEXANDRINVS, Strom. l. V. p. 438. Anaximenes, Apolloniates, Diogenes, Anaxagoras cet. infinitum, Archytas Pythagoreus, ap. STOB. ferm. l. p. 13. optimum, Philoctetes iustum, uid. SOPHOCLIS Philoct. 1047. seqq. PINDARVS, Pyth. Od. 3. ueracem, EVRIPIDES, Phoeniss. Actu II. u. 371. sapientem, Socrates omnipotentem, uid. LUCIANI Halcyon, OO. T. l. p. 167. seqq. VIRGILIUS, in Eclog. 3. Cambyses ap. XENOPHONT. de Instit. Cyr. Hist. l. I. p. 17. omnipraesentem, Velleius, ap. CICERONEM, de N. D. I. 17. p. 19. aeternum agnouerint; licet *Zaleuco, Locrensiu Legislatori, Deos, ut bonorum omnium, quae cum ratione fiunt, Parentes et auctores colendos et honorandos esse; licet Platoni, pietatem summam apud homines uirtutem esse, quae erga Deum est; licet Epicteto et Epicuro, in primis Eremitae cui-dam Chinensi, de quo PFANNERVS, in Syst. Theol. Gent. pur. p. 344. de male factis poenitendum esse; licet Plutarcho, animae post mortem extanti, proemia uel poenas reddi, cognitum fuerit: nihilominus tamen intellectu post lapsum tenebris spiritualibus obducto, haec cognitio, duce CHEMNITIO, in LL. Theol. P. I. p. 20. est languida, imperfecta, imo nulla. Catechetica prorsus quorundam confessio nobis nulla est, unicam nostram et accuratam regulam esse Rationem, et solo naturali lumine, posse hominem peruenire ad salutem, uid. Angli cuiusdam, auctoritate insignis, sed Indifferentistae simul maximi, Entretien Instructif d'un Pere, avec son Fils, ou CATECHISME RAISONNE, edit. repetit. 1732. p. 49. 78.**

XIII. Humanis mentibus impressum est, esse Deum, et praecipere obedientiam, iuxta discrimen honestorum et turpium; attamen assensio non tantum languida est, sed horrendis dubitationibus etiam concutitur. Cui sententiae HVETIUS quoque, in Praefat. Demonstrat. Euangelicae, p. 5. subscribit, haec uerba fundens: *Duplex uia est, per quam in animos nostros illabitur cognitio rerum, alia sensuum ac rationis, alia fidei. Obscura illa anceps et fallax, ad ueri notitiam malefida et intuta, infinitis obseptis Philosophorum tricis et quaestionibus.*

Patent

Patent haec, inter alia, exemplis *Antonii*, cum *Cicerone*, de immortalitate animae, disputantis, ubi fatetur, se euoluisse saepius librum *Platonis*; sed nescire, quomodo, dum legerit, assentiatur; cum posuerit uero librum, et secum ipse de immortalitate animarum, cogitare coeperit, omnem illam assensionem elabi; *Xenophontis* porro et *Ciceronis*, qui dubitabant, an Deo curae sint, an habeant Deum propitium, an excludantur a Deo? tandem ipsorum *Sadducaeorum*, qui, licet supernaturalem reuelationem in scriptis V. T. habebant, nihilominus de Spiritibus et immortalitate animarum non tantum dubitabant; sed et contrarium pertinaciter statuerunt.

XIV. Notitia naturalis, intuitu, in uerbo diuino reuelatae, imo, imperfecta quoque est imperfecta. Particulam saltem legis, nimirum honeste uiuere, alterum non laedere, suum cuique tribuere, seu externam tantum membrorum corporis, neququam uero internam animae obedientiam, quae fit secundum fidem, complectitur, hacque ratione, nullos quoque Deo placentes fructus, seu bona opera, profert. Vnde LACTANTIUS, L. VI. *Instit. c. 9.* Putemus fieri posse, ut aliquis naturali et ingenito bono, ueras uirtutes capiat, qualem fuisse *Cimonem*, Athenis, accepimus, qui, et egentibus stipem dedit, et pauperes inuitauit, et nudos. Tamen, cum illud unum, quod est maximum, deest, agnitio Dei, iam illa bona omnino superuacanea sunt et inania. Pontificii equidem, uti ex CHEMNITII *Examine Concil. Trident. Sess. VI. p. 254* apparet, pro contrario militant, *Bellarminus* imprimis, quicquid Pontificii qui, ex dicto, Rom. II. 14. eruere uult hanc causam, quod, non quae dicuntur. legis sunt, aut secundum legem, sed quae contra legem fiunt, peccata sunt. Sed Resp. Duplicia dantur opera, nimirum *Legis* atque *Euangeli*, seu fidei. Legis opera, uti et nulla alia, non saluant, siue gratiam Dei nobis conciliant. Quicquid enim iram operatur, non saluat, Gratia et Ira inuicem opponuntur; *Lex iram operatur*, Rom. IV. 15. E. non saluat, Gal. II. 16. Opera Gentilium non proficiscuntur ex fide, id quod patet, tum ex dicto *Pauli*, faciunt enim $\tau\alpha\ \tau\epsilon\ \nu\omicron\mu\omicron\varsigma$: tum ex illorum origine; originem suam ducunt ab irrogenitis et infidelibus: tum ex eorum fine; tendunt enim non ad Dei, sed propriam gloriam. Quare AVGVSTINVS, L. XIV. *de Ciuit. Dei*, C. 25. dicit: *Virtutes, nisi ad Deum referantur, non sunt uirtutes. Quicquid autem non ex fide proficiscitur, peccatum est*, Rom. XIV. 23. Omne
D pecca-

peccatorum damnat; Rom. VI, 23. E. quoque Gentilium opera, ut iustitia *Aristidis*, fortitudo *Scipionis*, *Numae* pietas, quae quidem in sensu *moralis*, in quantum legi naturae sunt congrua, non autem in sensu *theologico*, ubi bonum opus, coram Deo, in Christo perfectum est, dicenda bona, non saluant, sed potius damnant.

et tandem,
comparati-
ue, nulla;

quid Deus
sit, et capp.
fidei igno-
rant o

miseri quo
que eorum
Dii sunt,

ipsique, se-
cundum
Scriptu-
ram, athei,

XV. Denique haec notitia naturalis plane est nulla, in *comparatione* cognitionis Euangelicae. Quantumvis enim est uera Dei notitia, absolute, quod pluribus exposuit SCHMIDIUS, in *Exercitat. theol. p. 160.* laborat tamen cognitione ueri Dei relativa. Quare *Wellerus*, distinguens inter Θεὸς ἡ ἀ και Θεοῦ ἡ ἀ, merito existimat: quod sit Deus, et quaedam Dei attributa, cognoscere quoque potuisse Gentiles, uti uel Philosophi eorum testati sint; non autem scire potuisse, ex libro naturae, quid sit Deus, et quae sint fidei Christianae capita de SS. Trinitate, de Christo, mediatore Θεοῦ ἡ ἀ, atque aliis fidei, articulis puris. HVETIVS, in *Concordia rationis et fidei*, p. 110. multa paucis ita complectitur: Notitia naturali potentiam quidem Dei, sed non Dei naturam possumus intelligere. Exinde itaque imbecillitas naturalis cognitionis patescit, siquidem natura et essentia, hic sunt Synonyma. Qui autem nullam habet cognitionem essentiae alicuius entis, illum quoque ens ipsum laeret. Gentes itaque, in statu naturali constituti, nullam habent notitiam uerae essentiae diuinae, utpote quae comprehendit etiam mysteria, quae caro et sanguis non reuelat, sed Pater coelestis, Matth. XVI. 17. Quam misera est eorum Dei cognitio, siue Poetarum fabulas, siue idololatriam eorum cultum perpendas, quo spectant dicta, Gal. IV. 8. Pl. CXXXV. 15. Sic *Athenagoras* de *Aegyptiis* testatur, eos feles, crocodilos, serpentes et aspides pro Diis habuisse; de *Graecis* et *Romanis*, *Clemens Alexandrinus*, ciconias et formicas *Thessalos*, mustelas *Thebanos*, mulcas *Acaruanes*, ouem *Samios*, alios alia, diuino honore tractauisse, plura uid. ap. PFANNERVM, in *Syst. Theol. Gent. pur. p. 2. seqq.* Gentiles itaque carent notitia ueri Dei; atque sunt, Scripturae stylo, *Athei*; Si uero sunt *Athei*, nullam habent salutis spem; Deus enim est Dux, Auditor suaeque salutis nostrae, Ebr. XII. 2. Eph. II. 12. Sed uero ab aduersariis nobis negatur, Gentiles nullam habere notitiam essentiae diuinae, siquidem tam multa supra, §. XII. adducta exempla attributorum Dei, a Gentilibus cogno-

torum

torum, contrarium euincant. Sed Resp. Dupli-
 ceter consideratur veri quod iudi-
 Dei essentia, tum absolute, quo pertinent attributa Dei, tum relative, catur.
 quatenus ad tres personas distinctas refertur, ubi magna dominatur
 mysteria. Non illa, sed haec cognitio, Gentilibus denegatur. Hic
 iterum aduersarii exempla in contrarium proferunt, utpote Platonem,
 trinum Principium, Zenonem λόγον, Cleanthem Spiritum, Plotinum ge-
 nitum filium, Aristotelem Christum incarnatum, Vid. NESSELIVS, in
 Catal. Bibl. Vindobon. P. I. n. 14. p. 230. credentes, aliosque, qui ap.
 PFANNERVM, in Syst. Theol. Gent. pur. p. 130. inueniuntur. Sed
 his mysterium Trinitatis euinci, nullo modo potest, siquidem duo circa
 hanc cognitionem sunt monenda, nimirum, illam esse acquisitam et
 translata, ab Hebraeis, ad Aegyptios, ab Aegyptiis, ad alios, Graecorum
 praesertim Philosophos, qui Aegyptum, discendi studio, petierant,
 uti Mornaes obseruat; deinceps, illam cognitionem perquam con-
 fusam, obscuram atque menti Spiritus S. plane contrariam esse, quod
 pluribus NEVMANNVS, in Disp. de Trinitate, Platonismi uere et
 falso suspecta, Vitebergae 1708. habita, explicauit. Valorem itaque
 omnino retinet suum Ludouici Viuis effatum, Platonem et alios omnes,
 si quid de Filio Dei dixerint, locutos fuisse magis, quam, quid loque-
 rentur, sciuisse, uel intellexisse; cognitionem mysterii huius, doctri-
 nae esse Christianae, non gentilitiae. Sic enim cognitio illorum na-
 turalis sufficere ad salutem, cum tamen ne quidem ad notitiam saluta-
 rem, quod contra Schlichtingium notandum, monente Calouio, nos du-
 cere possit. Verba CALOVI, in Bibl. Illustr. P. II. p. 264. ita se ha-
 bent: Non autem haec Chrysostomi (sc. dicta, quae antea refert) eo ac-
 cipienda sunt, cum Schlichtingio, quasi, per sapientissimi Dei opera, sa-
 pientia duce, ad Dei notitiam saluificam peruenire possimus; quia
 nemo nouit Patrem, nisi Filius, et cui Filius uult reuelare, Matth. XI. 27.

XVI. Quid obstat denique, quominus Gentiles iure ἀναπολό-
 γητοι fiant, atque propria culpa, beneficiis, Christi morte acquisitis, pri-
 uentur, cum, usque ad uitae suae terminum, more Iudaeorum peri-
 nacium, media salutis, uerbum, fidei organon, Sacramenta et consilia
 Dei de salute sua, spernant atque repellant. Nullus sane Gentilium
 aliquando in die iudicii ἀπολογησίαν, ob priuationem, praetexere po-
 terit; αἱ enim, inquit CLEMENS ALEXANDRINVS, Strom. L. I. p. 211
 εἰς δικαιοσύνην ὁδοί, πολυτρόπως σώζοντος τοῦ Θεοῦ, ἀγαθὸς γὰρ, πολλοὶ
 quod Vett.
 bene obser-
 uant,

Ἰε καὶ ποικίλοι, καὶ φέρεται εἰς τὴν κυρίαν ὁδὸν Ἰε καὶ πύλην, *Viae ad iustitiam, cum Deus seruet multis modis, est enim bonus, sunt multae et uariae et ferentes ad uiam Dominicam et portam; et alibi, L. VI. p. 453.* πάντων ἀνθρώπων ὁ παντοκράτωρ κηδόμενος Θεός, Ἰὸς μὲν ἐν ὁλοκαῖς, Ἰὸς δὲ ἀπειλαῖς, ἔστιν δὲ, Ἰὸς σημεῖοις Ἰερατείοις ἐν Ἰὸς δὲ ἠπίοις ἐπαγγελίαις ἐπιστρέφει πρὸς σωτηρίαν, omnium hominum curam gerens Deus omnipotens, alios quidem praecipis, alios uero minis et nonnullos quidem signis prodigiis, aliquos uero benignis conuertit ad salutem promissis. Sic benignissimum Numen omnibus Gentilibus media salutis offerenda curauit, studiose diligenterque adhuc curat, et uocationem directam atque indirectam, per famam ac celebritatem Ecclesiae. In V. enim T. obseruante MEISNERO, in *Anthropol. S. Disp. XIII. Qu. 3. §. p. 18. iii.* Deus Ecclesiam suam in celebri loco collocauit, in medullio terrae, uel in medio orbis, ubi Hierosolyman sitam fuisse, scribit *Rabbi Abenezra super I. Eccl.* ita ut omnibus innotuerit fama de Deo Israëliitarum, quam potens sit, in signis edendis, quomodo Regem Aegypti mari rubro submerferit, quomodo populum suum eduxerit, quomodo illas populosissimas gentes, Amorrhaeos, Philistaeos cet. deuicerit, id quod plenius excusserunt IVSTINVS MARTYR, in *Co-hort. ad Graecos, p. 9. seqq.* et PFANNERVS, in *Syst. Theol. Gent. pur. p. 13. seqq.* Haec fama hodie adhuc diuulgatur, per negotiationes, mercaturam atque nauigationes, de quibus multa C. COLVMBVS, in *Nauig. sua, I. L. GODFRIED, in Hist. Antip. et in Arichontol. Cosm. PETRVS MARTYR, de Insul. nuper repertis, FERD. CORTESIUS, Narrat. de Reb. Ind. IO. de LAET, de Orig. Gent. American. HOORNBECK, de Conuers. Indor. MARSICVLVS, in Hist. Hisp. HORNIVS, de Orig. Gent. Americ. BENZO et LERIVS, cet. perhibent. Quam iuste itaque Gentilibus ἀναπολογησία comperat, uariis similibus, quibus *acquisitio salutis et neglecta multorum applicatio* distinguitur, a liberatione et captiuitate Babylonica, ab annis Iubilaeis, a liberalitate Principis, ab Eleemosynae acceptione, a medicamento, petitis, exposuit MEISNERVS, in *Anthrop. Disp. XXVI. Arg. II. p. 244.* Summa: obstiterunt et obsistunt adhuc remoti infideles isti omnibus suae salutis mediis, malebant pagani esse, quam ciues, quorum πολίτευμα in coelis est, Phil. III, 20. Erant de terra tantum, Ioh. III. 31. Hinc malebant esse ξένοι καὶ πάροικοι, hospites et incolae, ciuibus et municipibus*

et de fama
 Ecclesiae
 plures ce-
 stantur alii;

reiectio haec
 insuper con-
 stans et ad-
 modum con-
 tinuata
 fuit.

bus

his oppositi, non συμπολίται τῶν ἁγίων, *conciues Sanctorum*, Eph. II. 19. Conuitiis proscindebant Christianos, cum suo *Crucifixo*, uid. KORTHOLD, de *Calumn. Paganor. in Christian. C. IV. p. 33. seqq.* Christum uocabant modo *hominem, quod personis etiam uilibus infame sit, crucis supplicio interemtum*, ap. ARNOBIUM, C. I. *contra Gent. modo ἀνεσκοπισμένον σοφιστήν*, uti LUCIANVS, de *morte peregrini*, OO. T. II. p. 568. Hinc miserrimae sunt abiicientium haec media Gentilium, in Scriptura descriptiones, Es. IX. 2. XLII. 6. 7. XLIX. 6. LX. 2. Luc. I. 79. Rom. I. 28. seqq. Eph. IV. 17. 18. 19. V. 8. Sine solatio erant, I. Thess. IV. 13. Quare pulcherrima saepe loquentes, cymbala saltem inania erant, u. g. diem transactam, uespere meditari suadebant, (omnem tamen nescientes poenitentiam) sibi acclamabant: hominem te esse, memento (et mori nunquam didicerant) ad ens entium prouocabant, abituri ad plures (sed fundamentum omnis misericordiae patris, in Christo, scire recusabant.) En itaque pessimos mediorum contemptores atque uel ideo aliquando ἀναπολογήτες.

XVII. Instituti nostri ratio autem ἀναπολογησίαν *infantum Gentilium* euincere adhuc, a nobis exigit. Quare statim uela uentis dabitur, atque, cum supra §. 2. adductae rationes, quod Deus non sit in causa damnationis *Gentilium adultorum*, ad *infantes* quoque accommodari possint, his scilicet in sacris medium manifestatum esse nullum, quo aliquando praetento et allegato, iudicium euadere possint. Premit certe hos, imo supprimit peccatum originis. Quid iu- *P. O. pre-*
uat PETRUM CHAVVINUM, in *Tr. de Relig. Nat. P. III. C. V. p. 352. mit,*
BELLARMINUM, L. V. *de amissione gratiae et statu peccati, C. IV.*
CALIXTUM et HORNEIUM, P. II. *Apol. contra Duschberum, SOCI-*
NVM, de *statu primi hominis, C. X. p. 31.* SMALCIUM, *Disp. II.*
contra Franzium, p. 86. Calvinianos imprimis, de quibus omnibus
conf. GRAPIVS, in *Theol. recens controu. P. II. p. 181.* et EDZAR-
DVS, in *Pelagian. Calvinian. p. 15. seqq.* negasse, peccatum in-
esse infantibus? Quid prodest Pontificiis, affirmare, *infantes, pro-* *damnabile*
propter peccatum originis, non damnari? siquidem *Dauides* ingenuae *omnino:*
profitetur: *in peccatis conceptus sum*, Ps. LI. 17. et Paulus respon-
det, Rom. V. 2. cui etiam *Libri Symbolici* assentiuntur. Iuxta CON-
FESSIONEM AVGVSTANAM enim, *peccatum Originis damnat*
et affert nunc quoque mortem his, qui non renascuntur per Baptismum

et Sp. S. Art. II. p. 10. quae uerba sic interpretatur APOLOGIA: certissimum est, quod promissio salutis pertinet etiam ad paruulos. Neque uero pertinet ad illos, qui sunt extra Ecclesiam Christi, ubi nec uerbum, nec Sacramenta sunt, Art. IV. p. 156. ad Art. A. C. IX.

ut nihil hic
Weigeliani
dicant,

uti solide
Hoepffnerus
docet,

adstipulan-
tibus Do-
ctoribus
aliis.

XVIII. Nulla autem nobis infligunt uulnera tela *VVeigeliano-*rum, obicientium: Infantes, tam Ethnicorum, quam Christianorum, Spiritu S. in matris utero baptizari; clypeus enim Verborum Christi: *Qui non crediderit, iam iudicatus est*, Ioh. III. 18. it. 5. 6. Marc. XVI. 16. depellit. Huc spectant quoque HOEPFNERI uerba: *Infantes in Gentilitia nati, iuste damnari, propter peccatum Originis, quod in ipsis non expiatur, cum careant baptismo et christianis Parentibus, qui in casu necessitatis precibus suis apud Deum infantes suos ordinario hoc medio uidelicet priuatos, per mortem praeposteram, Deo commendant, in LL. Loc. XXIX. §. 6. p. 426.* Obiectio: Si uero impii sunt apud nos Parentes, qui preces intermittant, tamen saluantur, nihil ualet. Supplet enim Ecclesia, quod ex impietate Parentum cessat, quod apud Gentiles non fit. Stat itaque σοιχείω Theologorum adhuc sua ueritas: Extra Ecclesiam non est salus,

Non Pater in coelis, cui non Ecclesia mater.

Haec quoque est sententia Patrum, AVGVSTINI, L. I. de fid. ad Petr. C. 27. conf. *Enchirid. C. 92.* AFFELMANNI, P. I. *Disp. XXIX. p. 865.* PAULI TARNOVII, in *Comment. in Iob. III. p. 265. seqq.* LVTHERI, T. IIX. *Altenb. p. 57.* DVNTE, in *Casibus Conscientiae, p. 475.* HVLSEMANNI aliorumque, qui recensentur a Summe Venerabili DN. PRAESIDE, in *Tr. de Praed. et Reprob. Infantium, p. 105.*

C A P V T III.

D E

DIFFICVLTATIBVS QVIBVSDAM, SENTENTIAE NOSTRAE OPPOSITIS.

Obstantia
quaedam
et difficilia
adhuc ur-
gent:

In hac intricatissima atque multis difficultatibus obsepta quaestione, de salute Gentilium, paulisper adhuc nobis commorandum, atque, quod ferendum de illis iudicium, ob uarias concurrentes causas, paucis
I) de mentis dispiciendum est. Si enim quaeritur, an aliquis, qui ob hebetudinem
mentis

mentis, uere talem, non affectatam, quales homines LEV. HVLSIVS, *hebetudine,*
 in septima sua nauigat. in Guineam, C. XXI. refert, ad agnitionem Dei *quae iudici-*
 ex creaturis peruenire non potest, aeternae condemnationis reus sit *um eius im-*
 habendus? Duplici modo respondemus; Affirmando nimirum primum, *pediat, labo-*
 secundum scripturam ob peccatum originis et ignorantiam mediorem, *rante.*
 salutis. Deinceps, iudicium in his et similibus casibus suspendendo, ob
 immensam Dei misericordiam. Neutiquam enim, monet NIC. HVN-
 NIVS, *διασκέψαι* de fundamenti dissensu Lutheran. et Calvin. th. 3. 80.
 p. 235 modus praescribendus aut terminus praefigendus immensae boni-
 tati et misericordiae Dei; quia nouit, modis nobis prorsus incognitis,
 fidem operari in iis, qui contra malitiam in errore uersantur, quemque
 huiusmodi errantium ouicularum miseret. Quin potius (addit) de illis
 gratia quaeuis optima sperat et quicquid haecenus assertum fuit, de or-
 dinario actionis diuinae modo, quousque is per uerbum est reuelatus, in-
 tellectum cupio, minime autem de actibus Domini extraordinariis, in
 scripto uerbo nusquam promissis, nusquam quoque denegatis.

II. Ad dubium, si homo, qui gratiae praeuenienti locum relinquit, *II.) De ho-*
 agnoscit uero, se multa ignorare adhuc, quomodo Deus colendus sit, *mine, in*
 quae integra sit salutis uia, cet. appetit etiam rei eius ulteriorem cogni- *Scrutinio*
 tionem, atque suspiriis illam expetit, ut acquirat, omnem mouet lapidem, *laborante,*
 impeditur autem, illatis suppliciis per Caraibes, seu sacrificulos pagano *sed cito ab-*
 rum, uid. LERIVS, in Hist. Brasil. C. XVI. quid huic post obitum euentu- *repto.*
 rum sit? Et hic communiter respondetur, cum HVLSEMANNO, in
 Auxil. Grat. p. 156. talem hominem committi gratiae diuinae, uelle qui
 dedit, dabit, et nobis non prouidentibus, ob hominum furorem, τὸ *perfi-*
 cere. Nec eiusmodi singularia hic adeo ad nos spectant; qui de iis, quae
 ordinarie fiunt, secundum Scripturam, ex iudicio ueritatis, saltim sen-
 tentiam dicimus.

III. Quae autem futura sit Gentilis, e uiuis sublata, conuersi qui *III.) De*
 dem, sed ad heterodoxam Ecclesiam conditio, expediri facillime pot *Gentili, ad*
 est, quum ea, quae de errantis eiusmodi Ecclesiae membris, alioqui *Religionem*
 statuimus, et huic in specie accommodentur. Si strictissime scilicet *Christia-*
 suis assumtis erroribus, usque ad ultima, inhaeret, per erroneam suam *nam hetero-*
 nouam religionem, saluari nequit; sin uero soli adhaereat Christo a *doxam*
 in gratiam et fauorem uniuersalem Dei prorsus confidat, fundamen- *transseunte.*

to dogmatico, in his ultimis, innixus, saluari, licet per ignem, omnino potest, 1. Cor. III. 12. seqq. 15.

IV.) De filiis, Parentum culpam portantibus.

IV. Contra tot simplicium Gentilium, infantum cum primis etiam, damnationem, pugnare quidem videtur dictum Ezech. XVIII. 4. 20. *Ne filius pro Patre cet.* itemque Canon ille: *Non priuatio, sed contemptus mediorum* salutis, damnat. At nihilominus nostra, secundum S. Scripturae dictamen, supra Cap. I. thes. 9. lata sententia, firma atque stabilis, omnisque a Deo culpa remota manet, siquidem nititur *περὶ γνώσεως* omniscii Dei, atque Canon, modo dictus, interprete AFFELMANNO, in *Append. Dispp.* 308. sic ad infantes Gentilium applicandus est: Damnantur hi, propter incredulitatem et contemptum potentialem, non propter contemptum solum. Ceterum rationem habentes immensae Dei misericordiae, sapientissimo illius iudicio, cum MEISNERO, in *Anthropol. Disp. VII. Qu. 2. p. 215.* aliisque, *C. I. th. 8.* adductis, omnia relinquimus. Super ea, quae scripta sunt, non sapimus; si quae uero, non scripta, abundans super omnia Dei misericordia, facere, in misellis hisce, decreuit, pro eo Miseratorem Maximum, gaudio delibuti, mirifice celebramus.

V.) De Gentilium salute, per Christum in nobis Fanaticum.

V. Si dicas, per *Christum Fanaticorum internum, punctum salientis, Sophiam, Lumen internum*, idque *primi Articuli, Spiritum, Dei imaginem, fidem et Euangelium naturale*, per illud, *nescio quid*, Gentiles fieri posse excusabiles et saluos. Resp. 1) Christum, ita descriptum, tota nescit Scriptura, in qua *unus* tantum Christus, idem scilicet *in nobis*, qui *pro nobis*, fuit, innotuit, 2) uerus Christus, *λόγος* ille *ὑποστατικός*, non excludit *λόγον προφορικό* et inde conceptam fidem, quae in Gentilibus desunt, per Euangelium demum Christo inferendis, Ioh. V. 39. XX. 31. Eph. III. 17. 6. 3) absonum E. delirantium hoc est, Gentiles saluandi, medium; non entis nulla affectio. Dudum est, quod ex inferno, per suum Pseudo-Christum internum, eripere uoluerit diabolos et damnatos; hinc adeo et nunc, per eum Gentiles, Christum nescientes, ad aeterna gaudia promouere uolunt.

VI.) De religione Gentilium, quam habuerint, nulla.

VI. Nulla fuit Gentilium Religio; Excusabunt se igitur: Ignorauimus Deum, Ps. XIV. 1. Act. XVII. 23. Eph. II. 12. IV. 10. Apoc. XXII. 15. 1. Thess. IV. 5. Resp. 1) Ratione, non *τὸ ἔστι*, quod Deus sit; sed ratione *διότι*, qualis sit, saltim ignorarunt Deum. 2) Ignorantia pravae dispositionis, 3) comparatiue saltim, nullam habuere religionem, 4) tenebrae ignorantiae eorum non sunt proclus *negatiuae*, sine omni luce; Lux enim

enim

enim naturalis stimulat, et *tabula rasa* etiam ARISTOTELIS, L. III. C. IV. non ualet de *νοητικῆς ἐννοίας* et cognitione *habituali* et *implantata* (uti nec illud : *nihil est in intellectu, cet.*) sed ualet tantum de cognitione *dianoëtica actuali* et *acquistata*.

VII. Tot diuina Gentiles sciuerunt; E. eatenus tamen excusabuntur, ut gradum saltem aliquem salutis debeant adipisci. Resp. 1.) Diuina illa falsis mixta, non fundamentum fidei efficientia fuere; Nil de Christo et fide, nil fuit in iis *supernaturale*, quod unice ad uitam ducit. 2) Lutherus contra concludit ad gradum saltem minorem ac mitiorem damnationis; 3) ultimus quoque uitae aeternae gradus tantum, ob Christum, obtinetur ex fide. 4) Diuina etiam quaedam saltem sciuntur, et tantum naturalia sunt; quae creduntur, ceu *spiritualia, salutaria, supernaturalia* ac *saluifica*, iis accedant, necesse est. 5) habebant Summum etiam, et a reliquis distinctum, sed horum omnium tamen Genitorem, Deum : *γνώσιν* habebant, non *ἐπίγνωσιν*, Rom. I. 21. *γνόντες τὸν Θεόν, ἔχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν* l. c. Quae eruditissime pluribus persequitur CVDWORTH, *System. intellect. T. I. C. IV. th. 14. p. 290. seqq. th. 26. p. 517. seqq. 530. seq. 542. 559. seqq. 732.* cum eruditis observationibus *Moshemianis*.

VIII. Excusatio : Naturalem, nimis obscuram et insufficientem, Deus dedit notitiam; reuelatam uero antecessores amisere. Resp. 1) *γνώσιν*, satis per se clarum; τὸ *πίσιν* uero haud dubie clarius est, ut *comparatiue* illud omnino tenebriocosum sit, utpote, sine lumine mundi maximo, Ioh. I. 9. VIII. 12. 2) lucem reuelationis nemini Deus itidem negat, accipienti et custodienti, quam per repetitas uocationes solemnes, dedit. 3) ad restitutionem, propria culpa amissi, non tenetur Deus, omni tempore; ne dicam, in uocatione, dominari apud Deum *ἀνεξέγγυητα καὶ ἀνεξιχνίασα*, quae rimari, hominum non est.

IX. Non potui Deo placere, Gentilis se excusaturus, ait, secundum Ebr. XI. 6. Resp. 1.) Potuisti uero, ut placeres, obtinere, 2) excusatus a natura, laboratorium Spiritus S. ubi fidem operatur, inuenire potuisses; tepidum uero, ubi requiescebas, nidum, deserere nolebas, licet, uel *nunc, directa* quoque, per *uerbum*, uocatio in pluribus Gentilium locis dominatur, 3) nunquam E. *χεῖρα γωγία* tibi defuit diuina, ad *poenitentiam* et *fidem*, qua placere Deo potuisses, Rom. II, 4.

E

X

X.) Requiruntur sic ab homine ψυχικῶν spiritualia.

XI.) Ἀδυναμία saluandi, in naturalibus, pro excusatione offerens.

X. Requirit E. ἀναπόλογησις a Gentili, ut percipiat res spirituales, contra 1. Corinth. II. 14. Resp. 1) Quae de rebus diuinis sciuntur, non statim spiritualia sunt; sed 2) mysteriosa illa de Christo, fide, nostra conuersione et salute aeterna, ex sola Scriptura haurienda, spiritualia haec sunt, Rom. XVI. 25. seq. Ioh. I. 18. alias Apostolus sibi met ipsi foret contrarius Rom. I. 20. 21.

XI. Non consequi, per naturalia sua, potuere salutem; E. uel sic excusabiles erunt? Resp. 1) Potuere tamen, per naturalia illa, promoueri eo, ubi uiam salutis discere poterant, 2) Si plura praestarent naturalia, non facerent ἀναπολογήτας, sed prorsus μακαρίας. Palpatio E. Dei, supra descripta, ad maiora inquirenda, eos debebat compellere. Idem est, ac si quis excusare se uellet, quando inedia se interficeret, Deum panem non immediate sibi posuisse in os, sed sudorem ordinasse faciei; molendum et pinsendum prius fuisse frumentum: siti pereundum fuisse, quia per perticam, trochleas et catenas, aqua prius e puteo fuisset extrahenda, 3) inexcusabiles itaque sunt, quia notitia naturali non recte fuere usi, ut cognitum Deum glorificarent, et gratias agerent, sed uani fierent, corde obscurati, sapientes se dicerent, stulti sic facti, cet. Rom. I. 21. 22. 4) utilitas E. notitiarum naturalium paedagogica, didactica, paedentica, non statim est fidei generatiua; ad altiora tamen quaerenda, diuinitus data uid. W. LYSERVS, de Intentione Dei quoad uires naturales, Syst. Thetico-Exeget. p. 1319. seqq. et de effectu, ex abusu naturalium uirium, ἀναπολογήσει uero in primis, l. c. p. 1322. seq. Plura de Naturalismo Fanaticorum Theologico nunc addere nolim, uid. GRAPPI Theol. absoluta, p. 57. 59. Gründliche Beantwortung der Walch. Einleitung, p. 49. seqq. B. CALOVII gründlicher Beweis,

p. 930. 933. 935.

S. D. G.



RESPONDENTI
SVO CLARISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Non sine spoliis eruditus, SCHMIEDERE
OPTIME, redibis in Patriam, testimo-
niis, et feruoris tui assidui, et morum pro-
bitatis ac uitae innocentiae, undiquaque commu-
nitus. Adeo certe, sine linea, abire nullam pas-
sus es diem, nullum temporis momentum, quin
omnia ad commune studiorum decus, Patronorum
expectata, spem optimae Gentis, et commoda in
posterum publica, referres. Ignauum et rude
uulgus nunquam non auersatus, hos tibi potius
seligebas Duces, quorum nunquam fatigata fides
Tuo responderet ardori, quem, quoties uidi, (uidi
autem quotidie) toties eundem demiratus sum.
Foeda inquinare consortia non poterant eum, qui,
cane peiora, isthaec euitabat, secum, suisque cum
libris domi habitantem. Quae, una cum aliis,
conspiciendae uirtutis Tuae indicis, Amplissimum
Sapientum nostrorum Ordinem mouebant, ut Ma-
gisterii lauream Tibi, et eam quidem ex merito,
nuper decerneret, faustum uero ac salutarem hanc
Tibi omnes et singuli apprecarentur. Ornatus
ita,

ita, Cathedram, uel LUTHERI uestigiis
uenerabilem, nobiscum conscendis, atque spe-
cimen nunc edis, si paucissima excipiam, omne Tu-
um, eorum, quae sub tutis Ductoribus audiui, lectio-
ne multiuga et meditatione amplius corro-
borasti, fructum. Strigosa itaque, suaque ma-
cie enecta, fastidis merito, turpia illa, ac sine suc-
co, sceleta, uel ipsius Academiae famae inimica,
νεφέλας ἀνύδρους, uento cuius peruias. Vadem
praestare me ausim, si per aliquot adhuc annos
academicis uacare exercitationibus posses, ratio-
ne ac consilio, quo haecenus fecisti, non, quod in-
genia uulgaria solent, Te praestitutum esse.
Quod diuino itaque Tibi munere tributum est,
hoc Deus adaugeat indies, ut Patronorum expe-
ctationem ulterius sustineas, ad quaeuis gloriosa
Deo, Ecclesiae salutaria, Tuis uero, Tibique ad
uotum commoda, feliciter ascendas. Redditus
sic urbium nostrarum Vrbi, faustorum, quae,
Deus semper elargiatur, consiliorum Parenti, Sa-
xoniae Reginae ac Dominae, Regio-Electorali
eminentiae Sedi, afflictorum Propugnaculo, Dres-
dae, Summis te Proceribus porro insinua, quibus
quoque nostram, amisso Collega optimo, orbita-
tem acerbam demisse et flebiliter commendo.

Vitembergae, ipsis Calend. Maii,
A. cIo Io CCXXXIX.

Coll. Miss. F. 138, 3-1